MVNDVS ALTER ET IDEM

Siue

Terra Australis ante hac semper incognita longis itineribus peregrini Academici nuperrime lustrata

Auth:

Mercurio Britannico

FRANCOFVRTI APVD
hæredes Aſcanij de Rimiamc

HONORATIS-
SIMO DOMINO
nec minus virtute suâ quam splẽ-
dore generis illustri Dom. HEN-
RICO Comiti Huntingdoniæ,

MVNDVM
suum supplex vouet

MERCVRIVS BRI-
TANNICVS.

LECTORI SALVTEM.

PRÆTER spem, amice Lector, nec tempestatibus actus, nec diuturnâ maris iactatione lassatus, sine ventis, sine velis in nouum mundum appuliſti. Vbi postquam terrarum amplitudinem, regionum ſitum, populorum mores & ingenia, vniuerſi denique faciem & habitum rectè perluſtraueris; adeo huius veteris mundi formam agnoſcas, vt licèt alterum videas, eundem tamen credas. Fortaſſe cogitas hunc noſtrum decrepitum filium tãdem ſibi prorſus cõſimilem peperiſſe.

Prolem sæpe quidem parentis naturam mirificè referre experientia docet, & Poeta:

Qui viret in foliis venit à radicib. humor,
Et patrũ in natos abeunt cũ semine mores.

Verùm mundum nostrum senem non sexagenarium, sed iam ferè sexmillenarium procreasse, ab omni ratione, doctrinaque philosophica immane quantum discrepat. Atque si maxime fuisset mundus eiusmodi generatrice facultate vnquam præditus; nonne vegetioribus suis annis potius eam exercuisset, filios produxisset? ipsius etiam nati iamdudum adulti eadem virtute genus latè propagassent: adeò vt licet non in immensum, in tantum tamen processisset generatio hæc, totque extitissent partim iuniores, partim seniores mũdi, vt nullus Alexander quos superaret mundos, sed mundi quidem, à

quibus

quibus superarentur, Alexandros desiderarent. Equidem, quod ad me attinet, existimo hunc, quem nunc vt nouum intueris mundum, illum ipsum esse, de quo tot ante secula somniarunt Platonici: quem & mũdum inuisibilem, & mundi ideam nuncupauêre prisci. Si enim singula huius membra & lineamenta rectè perpenderis, accurateque cõtemplatus fueris; veram ac viuam huius, in quo degimus, mundi ideam & σύνοψιν te perspexisse dixeris. Qui igitur per tot transacta secula Chimeriis obtectus tenebris latebat humanum genus; huius tandem autoris ingenio & labore nobis clarè conspicuendus præbetur: mundus ille olim inuisibilis nescio quo artificio siue optico siue magico visui exponitur, & hoc opere primum detegitur. Vbi

illud mihi in primis videtur mirandum, quod & orbis iste, & hic eius index similem omnino fortunam subire adacti sint. Vterque enim à parente suo (quam primum natus) tenebris adiudicatus: Vtrique à conditore suo lux negata; vtrique aliunde concessa. Nullus huic Titan præbebat lumina mundo: Conditus erat & statim absconditus: nec lux ei spectanda vel speranda vnquam, nisi ab hoc ingenio. Cuius illustre opus latentem hunc, obscurumque mundum è caligine facile eruisset, modo sibimet ipsi lucem pariter prohibitam vindicare potuisset. Citius itaque nobis patuisset iste mundus incognitus, si citius prodiisset hic libellus in lucem. Verum illius author, mundique ignoti explorator, qui iam pridem Musis (quarum

rum insignis fuerat cultor) vale dicto, ad Theologiæ sacra se contulerat (iisque iam totus vacat) hæc, & nonnulla alia sua commenta Philologa luce & laude dignissima, tanquam leuia aut vana aspernatus, nullis precibus induci potuit, vt permitteret in publicum exire. Excusabat autem, se iuuenili quidem ætate otioque Academico huiusmodi quædam proprii exercitii & oblectationis gratia composuisse; sed nũc quasi nugas inutiles reiicere, abdicare, nec dignari vt suo nomine vnquam sub aspectum hominum veniant. Hinc factum est, vt hoc opusculum vere elegantissimum ac iucundissimum diutius tenebris obductum delitesceret, & indignis caliginis vinculis teẽretur, ne literatorum orbi innotesceret. Donec e-

go, quem author ipse pro sua mirifica humanitate amici & familiaris loco habebat, bellissimi felicis ingenii partus infelicem sortem miseratus, omnibus modis & rationibus, quibus poteram, quærebam & tentabam, vt eundem carcere suo eximerem, & in libertatem lucemque vindicarem. Cumque probè perspexissem authoris animum adeo fixum & obfirmatum, vt nullis amicorum petitionibus, rationibus, aut suasionibus à sua sententia moueretur, nec iam spes vlla restaret, vt nouus hic mundus mundo nostro recluderetur; sanctas sanè amicitiæ leges potius mouendas duxi; quam ingenuos cunctorum vbique eruditorum animos dulcissimo huius fructu gratissimaque voluptate perpetuo priuandos esse.

Itaque

Itaque vt quam ipse hinc dulcedinem gustauerim, studiosis omnibus percipiendam præbêrem consilium cepi communicandi cum aliis quod antea me solum penes erat. Sed priusquam auderem rem aggredi, multum temporis elapsum est. Hærebam enim animo: quia & audacius factum videbatur, & carissimi viri (cuius amicitiam semper maximi mihi faciendam statueram) offensam, pro vt debui, metuebam. Ad postremum verò rei pulchritudine victus & captus, cũ existimarem nihil damni aut dedecoris inde posse authori redundare, sed multum potius beneuolentiæ & famæ, plurimum verò vtilitatis & voluptatis literatæ Reipublicæ necessariò manare; non potui mihi amplius temperare, quin amota omni hæsitatione ex-

emplar huius operis, quod ratione amicitiæ nostræ mihi erat creditum, custodia mea emitterem, & typographorum manibus traderem.

Atque hoc tandem modo meâ curâ, industriaque nonnullo etiam discrimine aperitur tibi, Lector, nouus orbis tam diu occlusus & obseratus. In cuius beneficii mercedem hoc vnum abs te peto & obsecro, vt si quid hinc gratum & iucundum perceperis, velis pro me intercedere apud authorem (quem ægre laturum vereor) ad sedandum eius animum, ne ob facinus admissum iniquius quid in me decernat; sed potius vt iustis adductus rationibus factum meum benignius interpretetur: meq; in solita suagratia adhuc retineat ac conseruet. Ita valeas, nouoq; mundo, quẽ exspectas, lætè fruaris.

GVILIELMVS KNIGHT.

INDEX LIB. I.

CAP. PAG.

1. Regionis Crapuliæ situs. 19
2. Pamphagonia seu terra gulonum. 21
3. Prima Pamphagoniæ prouincia. 25
4. Secunda Pamphagoniæ prouincia. 27
5. Tertia Pamphagoniæ prouincia. 28
6. Metropolis Pamphagoniæ moresq; populi. 29
7. Bella Pamphagonum. 40
8. Vcalegonium vrbs libera. 42
9. Leges regni Pamphagonici. 45
10. Religio Pamphagonum. 48
11. Electio magni Ducis Pamphagonici. 51
12. Insula Famelica seu Terra d' Hambre. 59

LIB. II.

INDEX CAPITVM.

1, Ingenium Yuronum. 62.
2, Distributio Yuroniæ in partes eius. 64
3, Souffenberga Yuroniæ metropolis descripta, & sub hac Yuronum habitus & mores. 67
4, Equites aurei dolii, Legesque loci. 78
5, Artes & bellandi mos Yuronibus. 78
6, Exequiæ Burgomagistri, & Bacchi sacrificium. 80
7, Pyrœnia vel Zythœnia, & peregrinatio ad S. Vtrem. 81

LIB. III.

1, Situs Viraginiæ, seu terræ fœminarum eiusq; regiones. 91
2, Quid [redacted] Gynæcopolitis factum fuerit. 92
3, Forma regiminis & electionũ. 96
4, Viraginensium origo 98
5, Aphrodisia. 100
6, Insula Hermaphroditica. 102
7, Amazonia vel Gynandria. 104

LIB. IV

1, Moroniæ seu terræ stultorum

situs. 113
2, Moroniæ partes moresq; populo toti communes. 115
3, Variana, vel Moronia mobilis. 122
4, Moronia aspera. 135
5, Orgilia Ducatus alter Moroniæ asperæ. 142
6, Moronia Fatua. 150
7, Moronia Felix. 165
8, Moronia Pia. 181
9, Status politiæ Moronicæ. 189

LIB. V.

1, Situs Lauerniæ. 193
2, Larcinorum mores. 194
3, Larcini litorales & Insulares. 199
4, Quis aditus fuerit auctori in Larciniam; & de Harpyis. 202
5, Vallis Bugietta; Phænacũ mores; vrbs Furtofrancheſa; Bolſecium. 204
6, Prouincia Plagiana. 212
7. Codicia ſeu terra auaritiç. 213

situs. 113
2. Moroniæ partes moresq; populoroti communes. 116
3. Varianæ, vel Moroniæ mobilis. 122
4. Moroniæ aspera. 135
5. Orgilia Ducatus alter Moroniæ asperæ. 142
6. Moroniæ Fatua. 150
7. Moroniæ Felix. 165
8. Moroniæ Pia. 181
9. Status politiæ Moroniæ. 189

LIB. V.

1. Situs Lauerniæ. 193
2. Larcinorum mores. 194
3. Larcinilitorales, et insulares. 199
4. Quis aditus fuerit auctori in Larciniam; & de Harpyis. 202
5. Vallis Bugietta; Phænacæ; norus; vrbs Furtoffanchesa; Polfecium. 204
6. Prouincia Plagiana. 213
7. Codicia seu terra auaritiæ. 213

ITINERIS OC-
CASIO ET

Προπαρασκευάσματα.

Væ mihi cum peregrinis omnibus neceſſitudo quondam interceſſerit, & ſatis norunt Academici noſtri, & ipſorum libri φιλιάδωιοι *& literæ etiamnum abundè teſtantur: ſiue huc me illud impulerit Homericum*

——πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες

ξεῖνοί τε, πτωχοί τε: *ſeu potiùs, præter ſuauiſſimos illorũ mores & ingenia, innata mihi quædam animi ſitis & titillatio, à ſummo diſcẽdi ſtudio profecta; neq; enim quid illuſtre tulit vlla noſtri orbis regio, quod me iam tum verè Athenienſem percontatorem diu latere potuit. E reliquis poſtquam mihi multus ſermo cum meo* Petro Beroaldo Gallo, & Adriano Cornelij Drogio Belga *de peregrinationis vtilitate*

ſubortus fuiſſet (in quo non iniucunda legum, morũ, linguarum, vrbium collatio amicâ quadam lite agitata eſt) Ego verò (inquit Beroaldus) adhuc neſcio quid ſit illud peregrinari. Nam ſi limen patrium tranſilere, terram tuæ proximam calcare, fretum aliquod anguſtius, aut flumen (puta Twedam, Rhenúmue *) tranſnauigare, hoc ſibi nomen (vt vulgò fieri ſolet) adſciſcat; cùm tamen eodem cælo, ijſdem fruare ſyderibus, vixq; mutatam ſoli faciem animaduertas; non video quid in ſe durum, aut quid nobile complectatur. Me iam chari parentes, & tot Montalbanæ amicitiæ, velut longiùs abſentem, ſolicitè domum reuocant: ego me interea vel præter abſtruſiorem Socratis ſententiam, domi biennium hoc egiſſe puto; quantillo enim diſtat à Montalbano Lutetia, à Lutetia Caletum, à Caleto Dorobernium? Sanè, vbi terram ipſam cogito, vlnã mihi fortè vnam videor; cùm tabulam Geographicam, latum digitum; cùm verò cælum intueor, nihil quicquã promouiſſe: Nec video quî mihi minùs Europa, quàm Gallia patriæ nomen mereretur. Nam ſi linguarum varie-*

varietatẽ ſpectes, quis neſcit quot in orbe hoc Europæo prouinciæ, totidẽ ab vnâ Gallorum gente, & ſono & origine penitus diſcrepantia ſermonũ idiomata vſurpari? Si mores & ingeniũ populi: En tibi hîc orbis, non quidẽ noſtri, ſed planè vniuerſi expreſſam imaginẽ, dũ vnaquæq; prouincia in gẽtis vicinæ mores habitúſq; nõ ſecus ac Polypus piſcis in ſaxi ſibi adiacentis colorẽ transformatur. Atqui nos (inquam ego) inuidemus tibi, ſeriò, Beroalde, quã tu tãtopere contẽnis peregrinandi licentiã: qui (miſelli homines) teſtudinũ more, domunculis noſtris infixi hæremus; dũ tu orbis totius delicias liberè intueris, & iam animo bene ſaturo deſpicis, & cõculcas. Si liceret mihi modò Alpinã niuẽ, vel Pyrenæas vmbras cõtueri; quãtũ ego hoc meis oculis, ocio meo gratularer! vbi quicquid videre & audire, documẽto mihi foret, recẽtíq; cognitiõis acceſſione auidũ hoc pectus locupletaret. Quãta ſibi, mi hoſpes, promittũt abſẽtes (reſpõdet Beroaldus) quãq; vana ſpes lactat ſæpe inexpertos! Hac ego meo opinione domi quondã latitantẽ fouere ſolebã: quã nũc ſemel meis finib. egreſſus inanẽ cõperi

ac ociosam. Facilis enim est in tantilla profectione satietas, rerúmq; vel non antè visarum nouitas opinione rarior. Ita namq; parùm à nostris discrepant aliena, vt vel ea, quæ nunc primùm oculis nostris occurrunt, noua tamen videri non possint. Et quid, quæso, est in tam probè notis, remotísque parùm terræ partibus, quod homini cordato minùs tabularum vsu, & peregrinorum sermone, quàm suis itineribus innotescat? Britanniam *vestram descripsit* Camdenus: *hunc qui legerit, quid ni de singulis vrbibus ac villis, fluuijs & quotquot vspiam cernuntur antiquitatis monumentis, aut stupendis naturæ operib. absens disceptare possit, non minùs profectò accuratè, quàm qui singula suis oculis perlustrârit? Et quæ tandem pars Europæ suorũ laboribus ac typis illustrata, exterorum oculis minùs patescit? Mores verò populorum si quis desideret, & illi communi quadam ratione satis noti sunt vniuersis: neq; tamen ita sibi constantes, vt singillatim possint cuiusquam vel oculis, vel calamo comprehendi. Audiant vulgò Galli temerarij, Hispani arrogantes, bibaces*

Ger-

Germani, Britanni πολυπράγμονες, *Itali molles, Sueui timidi, Boëmi inhumani, Hyberni barbari ac superstitiosi; quisquámne hominum ita plumbeus est, vt existimet Galliam vix quenquam prudentem, Hispaniam pusillanimum, abstemium Germaniam produxisse? Fallunt, mihi crede, qui animorum compositionem, & efformationem morum ita totam cælo tribuunt, nihil vt propriæ cuiusq; indoli, nihil semini parentis, nihil denique educationis rationi relinquant. En tibi has ipsas Musarum ædes, sub quarum benigniore vmbra nos feliciter hoc ocio fruimur philosophico: Finge tibi ex Italis, Hispanis, Gallis, Danis, Belgis, Polonis, coaluisse pulchellum hunc studiosorum numerum; putásne maiorem ingeniorum varietatem inter ipsos quàm solos vestrates, posse cõperiri? Quoquò igitur te vertas, non video, aut cur hoc tam compendiarium, ac verè sesquipedale iter peregrinationis nomẽ mereatur, aut quid nobis istinc commodi (modò illustrium doctrinâ virorum,* Whitakeri, Rainoldi, Iunii *adspectum excipias) itinerantibus demum emergat. Ego certè*

Draconem *ac* Candisium *vestrates*, *ac* Sebastianum Delcanum Portugal. *verè dixerim peregrinatos, qui totũ hunc orbẽ itinere quidem nauali, non ita pridẽ permensi sunt. Neque verò nomen hoc inuideo vel* Christophoro Colono, *qui Occidentalem Indiam, vel* Fernando Magellano, *qui Moluccas, vel* Francis. Piccarro & Almagro, *qui prouinciam Perüanam, vel denique* Hugoni Villobeio, *qui terrã Arcticam primus aperuisse fertur; nec illi demũ quisquis fuerit, qui vel nouos orbes periculosa disquisitione inuenerit, vel nuper inuẽtos excoluerit. Et sanè (licèt. n. corã vobis tutò fateri) nescio quid mihi mens mea suggerit heroïcũ, audere aliquid in hoc genere, quod & hæc ætas stupeat, & posteri nepotes gratâ sẽper memoriâ recolendũ cõseant. Tacuit hîc Beroaldus, & erubuit, ac si aliquid sibi vel audacius vel secretius excidisset: Cùm Drogius arridens leniter; siccine verò, inquit, Beroalde, quod tamen ne profari quidem ausus? vel nũ fortè tibi spes suspensos diutiùs auditorũ animos curiosæ anxiæq; inquisitionis eculeo torquere aliquãdiu? vel deniq;, nũ arcanũ hoc modestius*

deſtius, quod in pectoris tui intimo conclaui hactenus delituit, egreſſu primo tot auribus propalari timet? quicquid ſit, en tibi candidã frontẽ, aures bibulas, fida pectora: nuſquã tutius, nuſquã opportunius tam ardui cæpti conſiliũ prodibit in hanc lucem. Pol, tu malus es interpres ſilentij, reſpondet Beroaldus, quin illud potiùs cõiecturis tuis vltrò immiſces Drogi, quòd cùm res magnæ non ſine magno apparatu longíſque præfationũ ambagibus (vt viri principes non ſine numeroſo ſtipatorum agmine) prodire ſoleant, ipſe rem longè maximã, vnius anni prolẽ, derepẽtè abſq; omni præmonitiõe nudã in mediũ protruſiſſe viſus ſim: Conſiliũ quidẽ iſtud vobiſcũ cõmunicare, iã mihi olim ab initio certò decretũ erat; quod tamẽ gradib. quibuſdã facere volui, & nõ ſine opportuna animorũ præparatione; ſine qua noui quã ingrata & inſipida videantur etiã quæ prudẽtiſſimè ſunt inſtituta: nunc vero rem totã (ni ſuſpectũ vobis velim amorem meum) intempeſtiuo ſermone præcipitare mihi neceſſum video. Faciã igitur herclè citius aliquanto quàm ſperabam, ſed non minùs profectò lubenter: fingite vos modò

quid desit) longã πρόφασιν, *quam ego mihi proposuerã, ordine suo antecessisse.*

Ægrè me semper habuit quod in tabulis Geographicis vsque mihi occurrit; Terra Australis incognita: *& sanè quis hæc non planè excors, sine tacita indignatione legat? nam si* Terram *esse norunt, si* Australem, *quomodo tandem incognitam asserunt; &, si incognita sit, quìd mihi illius formam, quìd situm vnanimes Geographi depinxerunt? Ignaui homines, qui quod esse aiunt, se tamen ignorare fatentur: & quovsque tandem desides nescire non pigebit, quod à nobis cognosci quadãtenus profitemur?*

orat lib. 1 d. 3.

Certè si nemo vnquam
---uu-Fragilem truci
Commisisset pelago ratem:

non deforet nobis aliquid quo pertinacem hanc (quam nos, boni viri, neutiquam dissimulamus) inertiã excusaremus; nunc vero cum vndiq; mare pateat ac tellus, nec quis ferè sit è plebe nautarum, quin ventos, freta, syrtes, portus totius orbis catè norit: Apage hanc nimiùm supinam ætatis nostræ socordiam, vel timorem certe plus

quàm

quàm fœmineum, & inanem ὑποψίαν, quæ nos alio orbe ſpoliat nõ inuitos: Nam quod præterea velum obtendemus huic inſcitiæ? quid dubitamus? quid formidamus? vmbras? nos ipſos? Ibi cælum eſt, ibi terra, ſũt procul dubio & homines, fortaſſe noſtris non parùm cultiores. Quis inter Chinenſes tantũ acuminis, ſolertiæq; expectaſſet? quis tot artes, tamq; multijugem rerũ omnium ſcientiam? qui dum nos Muſas omnes in hoc Occidentali gurguſtiolo incluſas putamus, rident, nec immeritò, quicquid vſpiam præter ſe hominum eſt, aiuntque ſe ſolos vere oculatos, Europæos vniocu los eſſe; reliquos, quot quot ſunt, mortales, cæcutire; vel ſi nemo ſit, turpe eſt ſapienti queri ſolitudinem, turpe metuere. Proverb. Chinenſium

Iſta ſæpe meditanti ingenuum mihi quendam calorem flammamq; in hoc pectore excitauit indignatio; atque hinc orta (quod ab alijs neglectum video, doleóque) magnamina, vulgóque altior audendi cupiditas. Magnum quiddam, Beroalde, moliris, inquam ego, & vix operæ mortalis; in quo quicquid fiat, gratulor tibi mentẽ hanc ſanè altam, & te dignã: ſed oportet

memi-

meminisse res magnas, quæ (te iudice) sine multis verborum præludijs proferri non debent, vt feliciter suscipiantur, maiore quidem cogitationum apparatu indigere. Satin' ergo proposuisti tu tibi facinoris tãti pericula, sũtus, difficultatem, spem, exitum, omniaque inter se collata, æquâ iudicij trutinâ probè librasti? Cælum est, inquis; at quod tu fortasse vix præ continuis tenebris intuebere: Terra est; quam tu fortè ob serpẽtum ferarumque frequentiã calcare non audebis: Homines sunt; at quorum tu consortio carere malles. Quid si te Patagonius aliquis Polyphemus medium discerpserit, & iam palpitantem adhuc, sentientémque deuorarit; vbi nunc es audax orbium indagator? Cogitare ista quidem tutum est; caue, si sapis, experiri. At tu nescis, respondet Beroaldus, nescis hospes ex aduerso meæ terræ incognitæ iacere Promontorium Bonæ Spei : *Audendum scilicet & sperandum. Illa periculorum spectra terrent imbelles animos, excitant generosos; quorum si habenda esset ratio, nulla nobis regio, nulla vrbs, aut domus præter nostram pateret.*

Hanc

Hanc vnam ob cauſam quam diu latuit Americanus ille orbis, & adhuc credo latuiſſet, ni Deus nobis ſero columbam cælitùs emiſiſſet, quæ oliuæ ramulo ex hac terra decerpto, doceret nos aliquid præterea ſuper eſſe terrarum, quod vndis parũ ſubmergeretur: cuius quàm celebre ſãctúmq; gratæ poſteritati nomen haberi ſolet? imo quamdiu terra erit, circumferetur illius effigies, quam nos non ſine honore quodam, ſtuporéque intuemur: neque ſanè mihi minus honorificum ſonat, Inuentor orbis noui, *quàm iſtius* expugnator. *Quidni nos idẽ beet ſucceſſus, eadem gloria? Neque profectò parùm mihi acuit animũ nõ obſcurũ illud ſatiſq; decantatũ Senecæ Tragœdi vaticiniũ, qd à nobis adhuc reſtat adimplẽdũ:*

Venient annis
Secula ſeris, Quando Oceanus vincula rerum
Laxet, & ingens pateat tellus.

Quid de itineris inſtituti exitu clarius dici potuit, aut felicius? Hîc interpellans Drogius; At caue, inquit, Beroalde, tam altæ ſtructuræ adeo exile & anguſtum ſubſternas fundamentum. Columbus ille tuus, quicquid tragicus vates hariolatus eſt, iam olim præſtitiſſe dicitur: Hæc

ſera

sera sæcula sunt: Patuit iam dudum ingens Americana tellus: Quid tu aliam somnias ætatem, terram aliam? Scio quàm popularis hæc sententia sit, dubito quàm vera, inquit Beroaldus: & ni fallor, efficiã vt vel tu planè falsam fateare, vel istud vaticinium fuisse perneges. Nam vbi futuri temporis omne vaticinium sit; quid si palam euicero Indias Americanas sæculis prioribus innotuisse? vt hoc modo Seneca non tam futurum præmonere, quàm quid ab aliis ante se factum docere videretur. Nec quid mihi magis persuasum est, quàm aliquam Occidentalis huius terræ partem, illam fuisse auream Ophyram, *quam Salomonis & Hirami classis trienni nauigatione non semel lustrasse fertur. Etenim vbi quinq; mihi occurrunt pugnantium hac de re authorum sententiæ; Prima* Rabani Mauri & Nicolai Lyrani, *quæ in Orientali India ponit Ophyrinam terram; secunda* Raphaëlis Volaterrani, *etiam &* Abrahami Ortelii, *quæ hanc* Solafam *statuit in Oceano Æthiopico insulam, ex incerta* Ludouici, *nescio cuius,* Veneti, *relatione; Tertia*

Gaspa-

Gaſparis Varerii, *quæ quicquid vſpiam terræ Peguſio, Malaca, Sumatra, continetur, hoc nomine indigetat: Quarta* Franc. Vatabli. *cui teſte P. Martyre, ſuffragatur* Columbus: *quæ inſulam Hiſpaniolam; Quinta denique* Poſtelli, Goropii Becani, Bened. Ariæ Montani, *quæ Perüanam hanc fuiſſe regionem confidenter ſtatuit, vltimæ duæ reliquarum longè veriſimillimæ, pro nobis faciunt ambæ; quarum vtra vicerit, ego quod volo, pariter euicero. Et ſanè quod ad priores duas, illas, ita plane ſuſtulit* G. Varerius, *vt quicquid vltrà adtexero ſuperuacaneum fuerit: Supereſt, vt quod ille alijs, ipſe illi viciſsim operæ nauarẽ; docerémque Sumatram & Malacam, auream Cherſoneſum, perperam ab illo cum Ophyrina regione cõfundi. Satis quidem docent ſacræ paginæ claſſẽ hanc Tyro-Iudaicam, integrum triennium huic itineri inſumpſiſſe; at qui à mari rubro ad Sumatram nauigant, renavigántque, totũ iter decimo menſe, aut ad ſummum integro labente anno conficiunt: quæ hîc analogia temporis? quæ ſpecies æqualitatis? Quid pro ſe heîc Varerius? fortaſſe*

taſſe nauigandi artẽ nondũ adhuc tam plenè cognitam fuiſſe, quàm nunc pridem ſeris Luſitanorum laboribus, perque hoc tam cæcum & erroribus vndique patens elementum, rudes adhuc nautas, curſum fortaſſe parum rectum inſtituiſſe. At vnde tandem, mi homo, hæc Salomoni remotiſsimæ terræ cognitio? Cælitùs, credo, dices: Et ſanè credo cælitùs, vnde & cætera. Age igitur: Qui regionẽ auriferam eſſe doceret, & adeundi etiam conſilium ſuggereret, an viam non monſtraret identidem? Adde quod certum hîc ſemper itineris ſpatium ſtatuatur: non citiùs vnquàm rediit onuſta claſsis, non morata diutiùs: quod vnum maximam longinquitatem loci, non incertos nautarum errores prædicare videtur. Sed & nomen ipſum אופיר פרו *adhuc clarè pro nobis loquitur: inuerte modò literam vnam, ſonus idem eſt nominis vtriuſque. Incredulí mihi iam planè videmini ac pertinaces, niſi terram hanc Indicã diu ante Senecæ ſecula ſatis exploratam fuiſſe mecum fateamini. Viciſti (inquam ego) Beroalde, ſcilicet, & iã tempeſtiuè triumphum agis: Eſto ſanè Salomonis*

monis ſapientiſsimi Regis operâ auream hanc regionem è tenebris prioribus erutã fuiſſe, claſsiq; ſuæ iam tũ patuiſſe; Hinccine ſequuturũ ſperas toti terrarũm orbi æquè fuiſſe cognitam? etiam remotiſsimis illis gentibus, quibúſcum nihil vnquam cum Iudæis commercij interceſsit? vel quod multo difficiliuseſt, eius memoriã ante ſera Romanorum ſecula non potuiſſe interire? Id verò ſi factũ conceſſeris, actum eſt de opinione tua, actum de vaticinio. Sed non ita facile ſuccumbo, mi hoſpes, reſpondet Beroaldus, cedóque hiſce rationum vanis vmbris: Imò potius pedem mihi fortiùs figit hæc tua tam opportuna dubitatio. Non enim planè ſilent, indices veritatis, hiſtoriæ; ſed Ophyrinæ huius terræ cognitionem ad Romanos vſque nepotes propiùs deducũt. Noſtis inter Salomonis æuum, & originem Carthaginis, centum quinquaginta plùs minùs annos elapſos: At verò Carthaginenſes, teſte Ariſtotele (quod nec in ipſa vrbis infantia factum crediderim) inſulam hanc (nec quæ alia potuit eſſe) vltra Gades,

in

in Mari Atlantico ſitam, poſt diuturnam nauigationem repererunt; legemque tulerunt (quæ ratio eſt, inſulam luculẽtiſſimam, ditiſſimam, nec à Pœnis cultoribus occupatã, nec orbi reliquo tam vulgò cognitam fuiſſe) ne quis ſuorum illô deinceps commigraret; veriti ſcilicet, ne amœnitate ac opulentiâ loci pellecti ciues, aliam iſtic Carthaginem, patriâ ſede derelictâ, meditarentur. Quod cùm à Pœnis Græci acceperint, quis dubitaret ab vtriſq; Romanos didiciſſe? Credite nunc ſi vultis, amici, ac tam claræ veritati mecum adſtipulamini, vel ſi mauultis, hæſitate: Mihi certe perſuaſiſſimũ erit, latere adhuc Senecæ tellurem ingẽtem, nóſq; (modo audetis ac ſatagitis) feliciſſimos exploratores etiamnum expectare. Ecce nunc venio, mi orbis, poſt tot vota, poſt tot moras, venio, inquam, ſpe plenus, & fiducia; & vel te mũdo, vel cadauer hoc tibi, audax impertio: Agite verò, ſocij, ſi quis manet adhuc calor priſcæ virtutis, ſi qua præclarè merendi ambitio, audete hoc facinus: eſtote mihi comites itineris, compotes fortunæ. Apage frigida illa pectora, quibus nil ſapit niſi

quod

quod nihil præ se ferat periculi, nihil gloriæ; quibus nullum placet sepulchrum non suâ obtectum glebâ: Esuriemus, sitiemus, ægrotabimus, moriemur, *ignauæ voces, indignæ philosophis; indignæ peregrinis, alterius mũdi disquisitoribus, contemptoribus huius: Nihil profectò deest præter animum. Si viri estis, sumite hunc vobis, & erigite: contráque imbelles opinionum impetus obfirmati, accingite vos ad hoc iter, fortasse iucundum, certè præclarũ, perque multos viarũ anfractus rectâ ducens ad immortalem gloriam: Sin minus, sedete domi desides, & inglorij. Inueniam ego alios consilij mei fautores, sociósque; quibus vos fortassis auspicatissimum cœpti huiúsce exitum serò inuidebitis: Dixit, vultúque paulùm commotiore nos intuens,* conticuit Beroaldus. *Neque non parùm nos mouit, tam vehemens cordati iuuenis oratio (cuius ego vix clausulã è mille vnam numero) simúlque rerũ nouarum ac gloriæ sitis. Quid multis? Neque opus est quid hic dubi-*

tarit, ille dixerit, fecerit alter, paruerimus omnes seorsim percensere: Diem statuimus, nauim conscendimus Phantasiam, *soluimus portu; non tamen sine hac conditione humanitatis pariter & officij, vt suos quisque in via salutaret, salutatisq; valediceret. Iamque vbi post triduũ ad Belgica littora appulissemus, post septimanam ad Aquitanica, surripuere mihi Delphensis villa Drogium, Mons Albanus Beroaldum; vtrumque sanè inuitissmũ; méque vel ἄπρακτον ἐτέμλασι, meorũ cachinnis post tantam expectationem propinandum; vel soluagum viatorẽ innumeris, ignotísque periculis miserè obtruserunt. Neque tamen hæc me terruit insperata solitudo: Perrexi alacer; postque biennium Insulis Fortunatis, litore Africano, Monomotapensi terra, ac promontorio à tergo relictis, nigellum Crapuliæ caput salutaui.*

Pag: 18.
Compostella
Lisboa
Virginia
C: de la Florida
Rio grande
C. Blanco
Los pinales
California
Mar Vermeio
Acaleo
Trugillo
Panama
Saribano
Peru
Brasilia
I. de S. Pedro
AMERICA
MERIDIONALIS
PATAGO
NES
C: de la Crus
C: de la
Victoria
C: de Vegenia
C: de N: de
Iesu
Fret: Magellan
TERRA
SANCTA
Ignota etiam
adhuc
LA
VER
NIA
Phenacia
Larcinia
Codicia
ps Lauerniæ
Tryphon flu
Doxia
PIA MORONIA
Le Sion
Credulia

Gallia
Rochel
Geneua
Baiona
HISPANIA
Italia
Roma
Seuilla
Sardina
Napels
Sicilia
Constantinopolis
Mare Maior
Corint
Candia
Turchesta
Tenduc
ASIA
Cathaia
Indostan
AFRICA
Anzica
Abassia
Mare Rubre
Mare Mesendin
Narsinga
Smagar
Maliupan
Sian
C. Comori
Malaca
Mono motapa
Insula
Hermæphroditica
Promontor: Bonæ spei
Promontorium
Nigrum
Aphrodysia
Nova Gynia
AMPHAGO:
NIA
Meionium flu:
IVRO:
NIA
Vealegonius
Vuronia pars
LOCANIA
Vel
Amazonia
Eugynia
MORONIA
FELIX
VIRAGINIA
Plorauia
Lisonica gens
Lingua dotia
MORON FATVA
Baueria
Tuberony
Colles
VARIANA
Scioccia
Aspera Moronia
Orgilia
Vel Morion
Mobilis
FRVGIONA
Adhuc Incognita

LIBER PRIMVS.

CRAPVLIA.

CAP. I.

Regionis ſitus.

CRAPVLIA [a] regio amplà, luculenta, quod ad ſitum, à Septentrione, Oceano Æthiopico, ab Oriente, [b] Locania & Viraginia, ab Auſtro, [c] Moronia Felici, ab Occidente plaude [d] Tryphonia terminatur: in eadem ipſa orbis parte in qua monſtroſiſſimus ales [e] *RVC* elephantum integrum vnguibus ſuis

[a] Non Crapula vitium, vnde nomen huic regioni inditum, alteri ſcilicet ebrietatis exceſſum proprium: χραιπάλη enim Græcis vel à χαρηνὸν πάλλω lucta capitis; vel ἀπὸ τοῦ κάρηνον παλλεσθαι, quod caput vertigine quadam concutiat vinum re-

ſinatum præſertim, vt Plin. l. 21. c. 2. vel ἀπὸ τοῦ πίλλω, quâ voce Poeta (vti Phocyn ait) vinum ſignificant, vulgo tamen qui vel cibo vel vino ſe ingurgitant crapulari dicuntur. Hinc nos terram hanc in duas pronincias partiti ſumus; Pamphagoniæ nota vox, gulones edaciſſimos complectitur, Yuronia, à Gallica voce, Yure vel Yurongne, qua ebrium ſignificat, fungos ebrioſos. [b] Locania Hiſp. Luxuriam ſignificat; Crapulæ proximam, quoniam qui Genio nimio indulgent, in libidinem proclives ſunt, Sine Cerere & Baccho, &c.

[c] Moronia huic adiacet, quoniam γαστὴρ παχεῖα μὴ τέκνες λεπτὴν φρένα, verè Poeta. [d] Rationem nominis ſitúſque quære in deſcriptione Lauernii.

[e] Qui Genius huius loci perhibetur propter voracitatem incredibilem.

rapiens deglutiendum, à neotericis Geographis depingi solet.

Gleba nimis feraci, cæloq; nimium benigno fruitur: & cuius ego, non sine tacita quadam inuidia, sæpius misertus sum, quod incolas non habeat frugi melioris. Longitudine quidem ad gradum 74. Latitudine verò ad sexagesimum porrigitur: A *Capite Bonæ spei* 11. grad. distat: totique fere Africæ ex aduerso iacet. In duas vulgo prouincias tribuitur, *Pamphagoniam* & *Yuroniam*: quarum altera, magna quidem ex parte eiusdem & longitudinis & latitudinis est (quod ominosum nemini videatur) cum nostra Britanniâ; altera vero cum vtraque Germania: vtraque eidem principi, iisdem legibus subiicitur, nec moribus, nec ingenio, nec habitu adeo dissimilis.

CAP.

Insula Glacialis
Schlauchberg
Pyræ
Port Aquæfortis
Vsebatius tract
Methius Lacus
Virgo Pars
YVRO:
Houbelonia
Olmy
Colles
Valedolium
Palatium
ducis
Pampelona
NIA
Kotzanga
Tranbena
Bachera
Krugtopolis
Lirona
Cadilla
Suffe berga
Vinicellæ plaut
Chatræa
Varianæ ps

AMERICA

Meridionalis

Tristan p Aucun

Gonzalo Aluar

Promontorium nigrum

Canan

I de S: Casbar

I dos arcos

C. de S: Maria

C. Blanco

Cucina

Charbona

Fauilha

Cuiller

Batillium

Tenaille

Marmi

St. Domingo

Insula Sorbonia

Oglium flu:

Zuc

GOLO

St. Iuliano

Mortadella

Marzopani

Insula Famelica

Assagion flu:

Cibinium

LE

Oysiuium flu:

Varulauium

Gorganta

Sarcohoscum

Dunius portus

Tryphonius flu.

CA

Plani

Gruessa fo

Gola. Hic specus horendum et sæui spiracula ditis vt olim Virgil Goffre rouge Vocaus ouola semper edens tetros halitus nihil Vng in hoc descendit quod ad lucem postra redierit

Lauernia Pars

MORONIÆ

Moron Pia

Fælicis Pars

AFRICA
Benamataxa pars
Monomotapi
Madagascar
Das aguillas
Promonto Bonæ spei
Olim promonto
Terra stashulis
Insula Glacialis
Schlauchberg
Pyræ
Port Aquæfortis
Vsebatius tract
Methius Lacus
Virgo
Pars
Terautium
YVRO:
Meiontium fl
uckery colles
LOSINI
Vs Tr.
Seplasium
Lardana
Houbelonia
Deuoracum
Offulia
Olmy
Colles
Valedolium
NJCA
Fourmagiū
Palatium
ducis
Artocreopolis
ties
Manteca
Pampelona
NIA
Kotzanga
Vcalegonica ditio
Tranbena
Bachera
Roncora
Vcalegonium
Krugtopolis
Lecho
Lirona
Cadilla
Suffe berga
Vinicellæ
plaut
Chatræa
Sinobræ campi
Varianæ ps

rapiens
Geogra
Gleb
um ben
non ſine
pius miſ
habeat
ne quid
dine ver
tur: Ac
ſtat: tot
iacet. In
buitur, I
quarum
parte ei
titudinis
ni videat
tera ver
vtraque
bus ſubii
genio, n

CAP. 2. Pamphagonia.

Terra Gulonum.

PAmphagonia, triquetra fere est, [a] figurâ Δeltali; non absimilis Ægypto veteri, montosa, collibusq; obsita editioribus, solo pinguissimo, ita vt aues quæ confertim huc solent pastus gratia conuolare, si per menses tres istic permanserint, præmerâ mole saginaque montes nequeant transcendere; quin neque prosequentium manus euadere; neque tantillo tempore cedant pinguedine *Ortolanis* ac *Beccaficis* Italorum: Quod etiam in Scotia factum nouimus, è frondibus deciduis generari [b] anseres, quodq; honoratissimi pridem legati nostratis testimonio probatissimum est, in Euroboreali mundi plaga è terra crescere [c] agnellum, caulique innixum, gramen adiacens depasci, quis istic

a *Sic Nilus intimam illius terræ partem format, quæ olim Aegypti nomen tulit: vnde veteres Aegyptij: Ibidē tanti fecerunt quod illius pede exprimi visa est suæ terræ imago.*

b Barnacles: *alij tamen malunt è ligno madefacto diu corruptóque vermiculos, è vermiculis anseres creari.*

c *Si quid naturæ stupendum proferat, id vnum est: pellis illius mollissima & vltra valorē fere speciosæ duci Moscouiæ asseruatur: dicturque Samarcandea pellis: nascitur in Horda Zaulbensi, agro Scythico: De agno hoc scripserunt Iul. Scaliger, auctor; G. Cardanus, Baro Herberstenius, Libanius tractatu de Agno vegetabili.*

fieri non ſibi facile perſuadere pateretur. Sed & piſces qui in iſto littore frequentiſſimi, ita voraces ſunt (ſiue pro more populi, locíque ingenio, ſiue quod honorem ſepulturæ magnificentiſſimæ cum Neronis rhombo præſagiant) vt hamo ſubinde iniecto, confluant vbertim, haud ſecus ac miſellæ animæ ad Charontis cymbam, apud Lucianum, ferróque vel non capti inhæreant (vt carbonarij metallicíque ſolent funi demiſſo, vbi calor lucernæ malignum fortè halitum prædixerit) extrahique geſtiant: Adde quod portus qui (ſi cui alij) huic genti commodiſſimi ſunt, nulli vſui inſeruiant niſi apportandis, recipiendíſque edulijs; quæ illi ſuperfluis ſolent pellibus commutare, neque incolis licet interea quicquam exportare, quod palatum quamlibet obliquè ſpectare videatur. Arbores ibi nullas vidi niſi frugiferas: Ornos, quercus, ſalices & huiuſmodi plantas ſteriles, & otioſas oderunt; quippe quę

Iuuen ſat. 4. & tua ſeruatum conſume in ſecula rhombũ. Ipſe capi voluit, &c.

nil

nilpræter vmbram nudam & inutilẽ largiantur; ſepes ibi omnes (quod &in Yuronia paſſim videre eſt) vitib. lupulis conſitæ, illud [d] Occidentales Angli, hoc Lõbardi ab hac regione didicerunt. Iure quidẽ auito [e] Frugiona, terra nũc paulo remotior, hanc ſibi regionẽ vendicat: Ferunt enim Saturni æuo, Principes Frugionios toti huic orbi dediſſe iura, & iſtic regiã ſuam poſuiſſe; quo tẽpore, quòd ſimpliciores antiqui fagis veſcebantur, regio hęc *Fagonia* dicta eſt; iã moribus prorſus immutatis ac iugo prioris ditionis excuſſo, aliquid antiquo nomini adiectum voluerunt indigenæ, & *Pamphagoniam* appellarunt.

d *Salopienſis & Worceſtr. comitatus; vbi* ſepes omnis onuſta Cruſtumiis, Syriiſq; pyris, grauibuſque volen is Virg. Georg. 2.

e Moronia *ſola interponitur Crapuliæ & Frugionæ; nomen hoc quãquam ad rem veſtiariã propriè ſpectet Varr. l. 4. ling. Lat. à nobis tamen alio trahitur; derſumtum à* Frugi, *quem Galli ſignificantiſſimè* Hõme de bien *vocant.*

CAP. 3.

Prima Pamphag. prouincia.

FRiuiandæ [a] prouincia (vt à proximis ordiamur) niſi peculiari quodam loci ingenio id fieret, calidior eſt, quàm vt veros pareret

a *Fercula delicatiora Galli* viandes friandes *vocant; nos ex apta vtriuſque compoſitione voculam*

vocem fecimus: Hãc autem in veſtibulo huius regionis collocauimus, quòd & calore nimio fieri non poſſit quin palato ſint tuculę magis delicato & nauſeabundo: Auſtraliores verò propter natiuum frigus edaciores finximus.

χερσονήσου: vltimus enim illius apex, quem alij Geographi *Promontoriũ Terræ Australis* nuncupant, eiusdẽ fere latitudinis est cum Australissimâ Castiliæ parte; gradibusq; 42. distat ab æquatore. Incolæ fusca sunt cute, pilisq; retortis, neq; tam molem aut numerum quam delicias quærunt. In hoc ipso promontorio quod nos à colore b *Nigrum* vocitabimus (fumosissima enim regio est, partim propter frequentissimos loci vapores, partim propter Terræ *Del Fogo* vicinitatem, quæ huic à dextris, etiam Geographorum omnium consensu aliquanto tamen propius, adiacet) vrbs est c *Cucina*, ædificijs satis quidem altis, at fuliginosis olidisque constructa, à qua deducta quondam colonia fortassis *Cacuchinæ* nomen dedit. Celebre hic d Omasij diui templum est, molis ædepol vastissimæ, mille aris, ac focis totidem, iisque (si *Rucales* e *ferias* exceperis) perpetuis instructum: cuius in medio, pyramis vltra omnem excelsitatem,

b *Ad imitationem Plinij; apud quem bis occurrit* Album Promontorium. *Alterũ in Africa: præm. l. 3. Alterum in Phœnice, non procul à Tyro. lib. 5. c. 19.*

c Cucina, *Italis* Culina est; *vnde nos Anglice* Kitchin, *aduti pronuntiatione Italica.*

d *Quis fuerit, quære Cap. II. huius libri.*

e *Statim post solennia, quæ genio loci quotannis peraguntur; respõdet scilicet hæ feriæ nostrati* Carnis priuio.

sitatem, quæ manu possit fieri, fastigiata, Memphiticis illis parum cedens, f*Cheminea* turris, assurgit; ac visendum longè belli signum dat circumiacenti regioni: vbi enim nostrates g palo editissimo in monte posito, pice oblito inflammatoque, suos monent imminentis ab hoste periculi, hi contrà cessante fumo id faciunt; nam cum semel furuos in orbes glomerari desierit perennis vapor, indicio est hostes iam appropinquare; h *Hambrios* præsertim, qui præ omnib. aliis (vt cum Apuleio loquar,) huic genti formidamina sunt maxima: Villæ huic plurimæ subiacent, dominiumque agnoscunt supremæ vrbis. *Charbona* pagus profecto amplissimus, & quod nusquã alibi cernes, subterraneus: cuius sterili solo *Fauillia* paulo ignobilior superstruitur. Hanc excipit *Tenaille*, viculus angustissimus; latissimusque *Batillij*, villarũ par egregium; A sinistra famulantur huic *Assadora*, *Marmitta*, *Culliera*, omnes aduenarum frequentiâ nobiles, quarum

f Caminus, *Gallice*, Cheminee. *forsan a* Chemin, *via, quod fumo muniat egredientibus viã*

g Beacons *Angl.*

h Hambre, *Hispani* Fames *est: insulæ autem* Famelicæ *descriptionem quare cap. 1. huius libri.*

Priorum nominum significationem, ne marginem nimium oneremus, index sub finẽ libri explicabit: illo lectorem remittẽs.

rum Marmittam alluit *Liuenza* feruidus amnis, quem ferunt 24 horarum spatio bis ebullire: non secus, ac fons illi Peccanus Anglorum.

CAP. 4.

2ª *Pamphagoniæ provincia.*

Hisp. The coast of sweet-meates.

ADiungitur huic amœnissima pars Pamphagoniæ, tractus *Golosinius* dactylis, amygdalisque, ficub. oliuis, malis punicis citreisque & nucibus deniq; myristicis coopertus: per quē limpidissimum flumen *Oglium* tacite discurrit. Heic *Marza-pane* pulchra vrbs, alteque turrita & deaurata, sed nimium patens hostibus, cui imminent [a] *Zuckerij colles*, è quorum viscerib. dulce nescio quid, albicansque & durum effodi solet, [b] vix notum seculo priori, [c] quale veteres ex arundinibus Arabicis, Indicisq; petierunt: pauciss imos heic videbis ętatis adultæ non edentulos, spirituq; fœtidissimi: *Seplasiū* vrbecula huic proxima, quę neminem admittit ciuem præter solos aromatarios, pyxidúmq; cōcinnatores; oppidū Viraginiis probè notum;

a Zucker. *Germanis* Saccharum.
b *Galeni ætate vix notum.*
c *Plinius l. 12. c. 8.*

tum; quippe cui non parum indies cum hoc populo commercii intercedit, præsertim vero cum *Loçanicis*, quę ſpecula cryſtallina ſolent horum paſtillis, & vnguentis commutare. Iſtorũ arti fauet admodum loci opportunitas, & cæli munificentia; totus enim iſte tractus certis temporibus aromaticis trochiſcis pro more grandinis confertim decidentib. contegitur; quam ego ἀναθυμίασιν eandem puto, quoad eſſentiam, cum aëreo illo melle, quo verno preſertim tempore quercus noſtrates imbutas ſępe vidimus; ſola differt craſsitudine: nam vbi mel noſtrum guttatim ſpargitur, incraſſantur hi globuli intenſiore mediæ regionis frigore, & cadendo reſultant.

CAP. 5.

De 3ª Pamphag. prouincia.

QVinquageſimo 5. gradu incidimus in planitiem *Leçanicam* [a] ipſa Pamphagonię viſcera, vbi occurrit nobis, primulũ [b] *Cibinium* Vrbs, quod interluitur Aſſagionis fluuii aquâ acidulâ; in

a Λεκάνη, *Græcis* patina eſt; hæc ergo Planities Patellaria.

b Cibin. *vrbs eſt in tractu Danubiano, nunc ſub Turcæ ditione; nos ſignificationem ſpectauimus, non ſitum.*

in cuius foro tumulum cernas, vt ego ex literarum vestigiis coniectabam Apicii illius Romani, non elegantem hercle, sed antiquum; cancro marino insculptum: Et sanè fieri potuit (quicquid nobis obtrudat Senecæ fides) quod celebris hic-heluo, postquam maiores quam quos Galliæ suppeditassent, cancros disquisiturus Africam frustra petiisset, accepto huius littoris rumore, huc tandem verterit prorâ, atque hic demum crapulâ perierit. Viderint Critici. Prætereo hîc consulto pinguissimos *Offuliæ*, & *Lardanæ campos*: elegantissimam vrbium *Mortadellam*: cuius mihi situs impensè placuisset, ni sæpiusculè marinum salem, plus æquo saperet; pagum omnium fœtidissimum *Formaggium*, & in ipsis Yuroniæ finibus paludinosissimam *Manteam*.

Volaterran. Antropol. lib. 13.

Festino ad regionis totius Metropolin, quæ vna, siue structuræ formâ, siue mores populi, siue regulas viuendi, leges desideret quis, instar omniũ erit cordato lectori.

CAP.

CAP. 6.

Metropolis Pamphagoniæ: moréſque populi.

VIllæ hîc, ſicubi aliàs pauciſſimæ; vt meritò coniiceret iſtinc viator pagos omnes à ciuitatibus deuorari: vrbes non tam multæ quàm populoſæ & ingẽtes; quarum & mater & domina facilè audit *Artocreopolis*. Fama eſt ſeculo priore duas fuiſſe ciuitates celeberrimas, *Artopolin* & *Creatiũ*: quæ (vti mos eſt potẽtiorib. & locis & hominib. adeo vt ægrè quidẽ ſe contineant, inſtructiſſimæ totius orbis Academiæ, vtraque mea mater, altera etiam & nutrix, ſorores germanæ; ab hac tam ingratâ lite) de principatu diu multúmque contendebant.

Artopolis vetuſtatẽ præ ſe ferebat: & ſanè Saturni æuo parem, imò æmulam habuit nullam: Creatium ſplendorem iactauit, amœnitatem, & potentiam: Coacto tandem Cõcilio, procerum omnium ſuffragiis vicit Creatium;

Creatium; ſcilicet illa eſt huius ætatis iniquitas, vt quanquam caput ipſi iam olim incanuerit niue ſenectutis, ſimplici tamen vetuſtati nihil cenſeat tribuendum, præ ſuperba ac præcoci nouitate. Illa altera iam prorſus neglecta conſenuit, vt nunc ne rudera aut veſtigia cernas tam magnificæ vrbis; neque *Verolamium* noſtri vatis iuſtius incuſet hominum temporumque iniuriam, dum hæc noua nomen ſibi cum honore vſurpans, vtroque exinde duplicato, *Artocreopolis* nuncupatur: Vrbs non tam elegans, quã magna; munita ſatis foſsâ quidem latâ & profundâ, perennis aquæ, quæ & omnes fere vrbis plateas interluit; in quâ mille cernas æqualiter diuiſa piſcium viuaria; cui etiam cygni, anates, mergi, ardeolæ, querquedulæ, & quotquot aqua nutrit alites, ſupernatant; id quod ab iſtis prudenter cœpit *Auguſta Vindelicorum*: hęc autem foſſa *Grueſſa* dicitur: muros illi miniſtrat duplices benignior laniena, ex oſſibus pecorum quæ macta-

Spenſer. Ruin. Temp.

ctantur indies, ita dispositis, vt maiora tibicinum loco totam molem sustineant, minora deinde superstruantur; minima vero medium in locum coarctentur; omniáq; cæmento ex ouorum albuminibus confecto compingantur, miro artificio: Ædes nec pulchræ, nec pro aliarum vrbiũ more altiùs constructæ; vt non opus sit Augusto alicui τὰ ὕψη τῶν οἰκοδομημάτων κολύσαι, *ædificiorum altitudinem intra septuaginta pedes coercere*, quod Romæ factũ legimus; nec Senecæ locus sit aut Iuuenali, de graduum superstructura, conqueri.

Strabo. Georg. l. 5.

Libr. 3. Controuers. satyr. 3.

Σανιδώματα & gradus non curant, nõ ferunt ciues; partim ob ascendendi tędium, partim (vbi præsertim, quod solent, probè potarint) ob descendendi periculum: Illæ omnes latioribus bestiarum scapulis; tegularum loco affabrè contectæ: Vrbes ipsorum nullos agnoscunt ciues nisi qui mensam spectant quadantenus: Agricolæ, fabri, molitores, lanii in municipiis habitãt: qui tamen vbi ad certã ventris

molem

molem excreuerint, promouentur in ciuitatem; in quam nemo admittitur primitus præter coquos, pistores, caupones & grauissimos vrbis senatores: qui quidem non, vt alibi, propter prudentiam, aut diuitias, aut prolixiorem barbam, sed propter abdominis mensuram quotannis ritu solenni eliguntur; & quô quis magis crescit, illô prouehitur altius, ita quosdam vidi ab infimæ & obscurissimæ vrbeculæ mœnibus, suo quidem merito nobiliore adhuc donatos ciuitate tandemque in vrbium celeberrima, Senatoria dignitate auctos; qui tamen vbi vel morbo (quod sæpe fit) vel ætate, statutô macilentiores euaserint, vnà cum carne pristinum honorem amiserunt: Plateæ, quod in tam incuriosa vrbe mirabar maxime, stratæ marmore, tum quod (vti coniectabar) paulo labo iosius sit, neque prosus careat periculo, ob inæqualitatem lapidum pedes altius eleuare; tum vti sellæ senatoriæ facilius promoueantur; neque enim pedi-

pedibus vnquam, aut equis, aut verò lecticis, pōderis causa forum petunt, vel publica conuiuia, sed sellis quibusdam amplissimis rotularum quatuor gyris hac illac trahi solent, præsertim, hoc modo domum sedilibus suis affixi nutantes spumantésque reducuntur. Ad quatuor vrbis rotundæ portas, totidem suis vicibus, indies sedent senatores; *Buscadores* appellant, intrantes & exeuntes quosq; sedulo exploraturi, exeuntes quidem, num forte ieiuni prodire ausint; quod ex ventris distensione facilime coniiciunt, reque iam comprobatâ reos duplici cœna mulctāt, intrantes verò, quid secum ferant reduces: nec enim licet cuiquam aut non pleno ventre exire, aut redire non plenâ manu: Singulis mensib. quod ex legis prescripto illis nō hercle reluctantibus indicitur, stata agitant conuiuia, quibus præsto sint oportet omnes vrbis Senatores, de publicis negotijs finito iam prandio (nec enim licet impranso cuiquam

Hisp. Inquisitores.

ferre suffragium) deliberaturi: * *Pythonos-come* prætorio nomen est: Sedem suam quisque nouit, & matulam habet in arcula sibi propriâ reconditam: Vbi postquam se vino calidissimo & acrioribus condimentis parauerint, suo quisque ordine discumbunt. Cupedia delicatiora in prima mensa semper apponuntur; stultum enim putant optima ferculorum non maximo appetitu deuorare. Nec illis licet (quod nobis vsitatissimum est) apros, oues, capras, agnos, varias in partes dissectos apponere: sed (quod à veterib. forte Romanis didicerunt) integra animalia machinis quibusdam patinarijs, quales apud Petronium legisse memini, sudantes ministri apportant: Ante sex horas nemo surgit sine piaculo; diu enim & paulatim esitant, bibuntque, ob eandem planè causam, quâ fretus ille olim famosissimus heluo collum sibi gruinum optasse fertur: Discedendi vero tempus hinc metiuntur. Ostium habent

* *Locus in Asia, vbi primo aduẽtus sui tempore aduolãt ciconiæ, & eam quæ vltima aduenit, laniant.*

Plin li. 10. c. 23.

Idem Solinus, alij per peram Phririonis cumen *legunt ex Strabone.*

Philoxenus, vt Arist. in Ethicis.

habent in prętorio, satis vel amplissimo ieiuni hominis abdomini accommodatum: per cuius angustias intrant aduentantes conuiuæ; illac tentat quisq; finitis iam epulis exire; si hæret aliorsum emittitur: quod si ęque facile ac pridem ieiunus, euaserit, moram illi imperat *Morum magister*, & introductum denuo quamlibet inuitum, cogit discumbere, donec exeundo non sit: cuius quidem exemplo *Wilfrediam* acum, lepidum examē sanctitatis, Catholicis hodiernis innotuisse putarim: Hortos ibi habent multorum profecto iugerum; sed inuenustos; quíq; vltrô cedant Adonidis, Alcinoi, aut verò etiam Langianis: in quibus frustra es, si expectas areolarum nitelam, & ordinem, aut pulcherrima florum pigmenta; consita hîc potius cernes omnia raphanis, allio, bracteolis, muschisque melonibus, quos hinc petiit lautior Italia; quantum epulum possit Centum dare Pythagoreis.

Olim nostratibus in Castro de Beuer.

Illic videres frutice nobili caules,
Et vtrũq; porrũ, ſeſſileſq; lactucas,
Pigroque ventri non inutiles betas.

Mart. li. 3. Ep 47.

Sed & *Ptochæum* heic publicum eſt: in quo quotquot hydropem, aut podagram, aut aſthmaticam paſſionem edendo ac bibendo contraxerint, de publico aluntur: Sed qui edentuli iam facti ſunt præ ſenio; vel temerâ & incautâ maſticatione, in *Sorboniam inſulam* relegãtur. Habet quidem mancipiorum inſtar vernas plurimos, quiſq; ditiorum, agris hortiſque colendis, vilioribuſque officiis deputatos: qui tamen vbi ad iuſtã magnitudinem peruenerint, donantur libertate: Si quis è nobiliſſimis regni proceribus crapulâ interierit, is demum (puta totus è ſelectiſſimis dapibus conflatus) ſeruis propinatur deglutiendus, neq; fas eſt tot delicias tam ſupinos perdere. Viri ad miraculũ craſſo corpore, obeſõq;, neque ille dignus eſt quem clauſo labello ſalutes, cuius mentum ad medium vſque pectus, omentumque ad ima

ima genua vix dum propendeat; nec aliter se habent fœminæ; quarum formam Italę aliquantulum, sed maxime omnium Barbaricæ, imitatæ sunt: vt ne nubere quidem permittantur virgines, donec publico examine facto, mammas suas mento parum demissò contigisse viris constiterit. Nudi ferè omnes incedunt; neq; vestis illis curæ; solis Magistratibus quiq; notæ melioris, togis vti licet, ex illorum pecorum coriis, quę soli suis ipsorum faucibus vorare vno accubitu potuerunt: Singuli tamen cultellum vnà cum latissimo cochleari dextro brachio appensum gestant. Ante pectora modò, iuxta Virgilianum illud *sola ferunt tonsis mătilia villis*; quibus, ne quid pereat, guttulas decidentes excipiant; oraq; abstergeant, illa vero vsu nimio lęuiora ne an nigriora fuerint, vix iudicarit oculatissimus spectator. Tardissimo sunt ingenio, & ad omnes scientias ineptissimi: qui tamẽ quot curant artes, callent. Scholæ tantum

Barbarę fœm. catellos edunt pinguescendi studio.

illic aperiuntur popinatoriæ; in quibus omnis iuuentus edendi, bibendi, scindendique scientia statim ἐξ ἀπαλῶν erudiri solet; quibus *Archisilenius* quidam, exquisitissimus heluo tunc temporis præficiebatur; prælegitq; Grammaticæ loco Fragmina quædam Apiciana: Instar bibliothecæ publicum est cantharorum repositorium; in quo omnes scyphorum ordines graduſque per certas classes disponebantur: Pocula, fercula libri sunt, minora tyronibus, adultis maiuscula; huic cyathus, triens illi, alteri sextarius; gallina huic, illi anser, tertio agnus, apponitur aut perna: neque vnquam feriandi datur licentia, donec totum quisque pensum absoluerit: quod si qui septenni ingluuie parum profecerint, exulāt illico in *Famelicas insulas*; neque fas istic morari diutius: quin & huc relegantur Medici, & quisquis diætā cuiquā præscripserit: quisquis ægrotat (quantumuis refragante Asclepiade) radiculam edit, quod iubet Celsus, & paulum

Test. Suidas hunc libros de gula scripsisse.

paulum calidæ imbibit, vomitat, & purgatur illico; quodque egeritur hoc modo, res fisci est. Ferina caro maximis ibi in delicijs, quam tamen venatione captare nequeunt; retibus tantum ac laqueis damas ad se vltro venientes implicant: sed & suem animalium omnium & vtilissimum reputant & *optimum; siue ob quandam morum similitudinem, quam norunt mensæ soli à naturâ comparatam; siue quod cibo non herclè lautissimo saginata, omnium nutriat impinguetque citissime. Quis denique crederet cum tantâ rerum profusione parcimoniam posse consistere? quam tamen (hîc fateor pessime locatam) in minimis quibusque frustulis, ossibus, micisque seruãdis obseruaui maximam: Ideo canes nõ alunt, non felem, nõ accipitrem, nec quid præterea carniuorum: imo cum quis columbam capumve sibi parari curat, grana iam cruda, & in imo eius ventriculo diu sepulta erui iubet; & reliquis apponi; quod

* *Plato Comic. apud Clement. Alexandr. strom. 7.*

ab illis Veneti hodierni opportune didicerunt. Quinimo si quis ad putredinẽ vsq; vel tantillum cibi apud se seruârit, statim religatur ad palum; Excepto quod ferinam licet reponere donec lanugine quadam obducatur; &(quod vix præ nauteâ memorare possum) caseum vulgo tam diu seruent, dum totus in vermiculos resoluatur, & tum demum viua animalcula ipsam putidissimi cibi putredinem, paulo sacchari adsperſa, nimis auide vorant delicatissimi Epulones; quẽ sane pessimum morem demiror Germanos inferiores istinc mutuatos. Fluminibus abundat regio, quæ incerto motu fluunt refluuntq; pro egestionum infinita copia, sed semper ineunte Ianuario, & Februario exeunte, ripas prætergrediuntur, & minantur vicinis pascuis.

CAP. 7.

Bella Pamphagonum.

CVm duplici quidẽ hoste Pamphagones ἐμφυλιον πόλεμον gerunt; In-

Insularibus Famelicis siue Hambriis, & Frugioniis: Illi non procul siti ad Occidentem in Aethiopico Oceano, vt suo loco narrabimus; hi remotiores aliquantum, interposità Moroniæ parte maximâ, aliquâ Viraginiæ. Narrant historiæ Hambrios inito cum Larciniis fœdere terram hanc inuasisse sæpius, semel vero vicisse; quo tempore incolæ sylvis & caueis quibusdam subterraneis misere sese abdiderunt; donec loci numina precibus illorum votisque tandem commota, nouam gentem suis ipsorum faucibus interemissent: tantum enim ipsi post tam subitam mutationem ingurgitarunt, vt morbis inde contractis, ad vnum omnes intra triennium vltro perierint; sæpe etiam, sed frustrà pedem hîc suum figere tentarunt incolæ veteres, Frugionii; qui tamen (vti fortuna deteriorem plerunque in partem vergit) nimium felici Pamphagonum successu repulsam passi sunt. Ad bellum prodeunt, anteriore quidem parte (nec

(nec enim se possunt fugâ liberare) coriis bouillis, pellibusque lanigeræ setigeræque pecudis, villisque caprinis induti, vt armentum tibi aliquod à longe intuenti adaquatum duci videretur; verubus furcisque culinariis armati fere omnes; sunt tamen qui balistas arcusque è boum maximorum costis gerant: Sed Yurones nati magis ad bellum, mutuas (vbi opus est) istis suppetias ferunt; sine quorum opportunis auxiliis Pamphagones proculdubio diu ante hac succubuissent.

CAP. 8.

Vcalegonium, vrbs libera.

Villa otiosa. Vcalegon ille Virgilianus dictus ab ὁ ἐκ ἀλέγων, parum curans, vt nos olim docuit noster Dumeus in suis Lectionibus.

SED adhuc intacta mihi, non tacenda tamen, *Vcalegonium*, libera ciuitas, ditionis amplissimæ, in vltimis planitiei *Lecanicæ* finibus, Moroniam versus, constituta; quâ nullam ostentat Pamphagonia vel magis antiquam, vel stupendam magis;

magis; cuius (vti fertur) ciues quouis Monacho feliciorem vitam degunt; quippe ſuppetit iſtis quicquid vſui eſſe poſsit abundè. Inprimis, munitiſsima eſt ipſo ſitu loci, planeque inacceſſa, vt inanes hoſtium inſidias & incurſitationes merito ridere poſſit; Inſidet enim altiſsimæ rupi, maximeque præcipiti; per milliaria Germanica decem continuatæ; per cuius cauam vallem *Oyſiuium*, flumen an ſtagnum, neſcio, lentiſsimo pede ſerpit. Vnicus tantum patet incolis aſcendendi locus, via vnica, nec illa gradibus quibuſdam, vti fieri ſolet, ſinuoſis, ſed (qui puteorum mos eſt) demiſſo funè ac corbe viminea: Alimentum iſtis ſuppeditant aues huic loco peculiares, nec viſendæ aliàs: *Gutiges* vocant accolæ, fulicis non abſimiles; idque triplici modo; nam præter carnem ſuam & ouorum congeriem, maximâ piſcium copiâ, prolis enutriendæ gratia nidos ſuos inſtruunt indies, fereque obruunt;

Hæc fere omnia cernuntur in caſtello quodam apud Scotos.

ruunt; quin & foco perenni inſeruiunt aggeſta iſtarum nidis virgulta. Quid vltra deſideres? etiam plumis molliſſimaq; harum lanuginе lectos ſibi conferciunt ciues: Pars interior vitem producit generoſiſsimam, lætamque ſegetem; Nec quid aliud eſt quod Vcalegones vel non habent, vel non curant. Hic ergo incurioſiſſime agit ætatem populus, vel * Apuleiano ſenſu verè incurioſus; cœnant, dormiunt, ſurgunt, prandent, recumbunt: Exulant lege Sybariticâ, non modo Galli omnes, ſed & omne genus artificum; Agricolas enim ſoli hîc agunt porci, quod antiquitus factum Ægyptiis; nec reliquis eſt opus: ſunt tamen ditioribus miniſtri; quorum alter expergiſcentis oculos aperit lentâ manu; alter edenti ventulum facit flabello, alter fruſta hiantis ori immittit; excipit alter vrinam, alter cingulum ſoluit nectitque; domino ſat eſt ingeſtum ori cibum manſitare, digerere, egerere: Sub Vcalegonii præſidio deliteſcunt & aliæ

* Agnum incurioſum *dixit, pro pingui.*

liæ vrbes, iisdemque fruuntur priuilegiis, *Lirona* & *Roncara*, nisi quod fere semper dormiãt ciues, & quod de vrsis Plinius, tam graui somno premantur, vt ne vulneribus quidem excitari queant; mirumque in modum hoc veterno pinguescant.

Liron *Hisp.* Glirem *pg.* Roncar *Hisp. à Latinis, Latini vero à Græco* ῥέγχειν, stertere *petiuerũt. Plin. l. 8. 36.*

CAP. 9.

Leges Regni.

PYthonos-come prætorium profecto amplissimum, & fenestris vndique patentissimum in ipso propylæi frontispicio aureis literis scriptum exhibet a Σχολῆ καὶ τάξει b: Mediæ vero columnæ appensas sacras legum tabulas; in hanc ferè sententiam:

a *Pars sententiæ Synesianæ:* τὸ θεῖον σχολὴ καὶ τάξει βαδίζει.

b *Sub quo carmen lingua Pamphag.* Gaudentum locus est: procul hinc discedite tristes. *Quale scriptum Bononiæ est in foribus prædij* Casaltutulæ.

1 Μονοσιτία *scelus esto.*

2 *Ferculum pateramve plenã qui temere deiecerit, vasculum iuris breuissimo cochleari, ad talos positum, rectus absorbeat.*

3. *Nemo*

3. *Nemo solus edat, ne priuato domi cœnio impune violet mensæ aut leges; in plateis discumbunto ciues, aut propter fenestras vndique adapertas.*

4. *Integras quatuor horas quisquis à somno ieiunauerit & defraudauerit Genium, bis cogatur cœnare.*

5. *Ore iam pleno, recto digito respondisse sat esto.*

6. *Læsæ maiestatis reus fame pereat; culpæ leuioris dente mulctator.*

7. *Coquorũ quisquis ita malè tractauerit opsonium vt edendo non sit, palo publico suffigatur: iuxta quæ appendatur caro semicruda vel semiustulata, donec misertus quis famelicus spectatorum, totam comederit.*

Sueton. Claud. 8 *Eructare non liceat modo (quod Cæsarum nonnulli decreuerunt) sed honori sit; quique maximè viriliter, clarè, & strenuè ructauerit, symposiarcha proximi conuiuij ordinator.*

*Rationem huiusce legis 9 *Quisquis, dum* * *cingulo tentatur*

tatur, ſpiritum continuerit, inhabilis ipſo facto redditor; Et per totum diem ieiunus carceri damnator, ita quidem cancellato, vt reliquos proceres poſsit epulantes contueri: quod ſupplicium nonnullis fuit capitale. quere capite ſequente.

10. *Quantum quiſque comederit, commenſalis hebdomadatim ad prætorem deferto; vt ſi præſcripto minus abſoluerit, pœnas, quibus dignus eſt, luat.*

Qui leuiſſime peccauerint, diem totum carceri includuntur, quem illi *Templum Famis* appellant, contrà quàm noſtrates ſuum בית חיים. Illud extra vrbem poſitum, vt Æſculapii apud Romanos, non ſalubritatis gratia, quod de illo Plutarchus, ſed ne iſtuc damnati, vel aurâ culinariâ veſcerentur: cuius parietes viuis omnium ferculorum figuris (quæ fruſtrà moueant captiuorum appetitus) accuratiſſime pinguntur; vnde *Cubicula Meditatoria* petiuerũt hodierni Ieſuitæ.

tæ. Nummis non vtuntur; neque enim tanti faciunt mortua hæc & insipida metalla, sed quod antiquitus factum docet Aristoteles, sola mercium commutatione vẽditiones emptionesq; rerũ peragunt. Ita duo passeres sturno; sturni duo turdo; duo turdi gallinâ, gallinę duę ansere; duo anseres agno, duo agni vitulo, vituli duo capro, capri duo vaccâ valere solẽt; quod & in oleribus piscibusq; fit stato quodã pretio; nempe id vnum curãt ędiles, ne quis aut malas merces obtrudat emptori, aut debito plus exigat.

Polit.

CAP. 10.

Religio populi.

IOuem horrent, quod illo tonante vinum acescat, & quod imbre intempestiuo fruges suffocet. *Tempore Deo*, puta rerum omnium edacissimo, ædes illic vidi structas eleganter; in quibus Saturnus filiorum suorum tumulus, arte mirâ cælatur. Pridie cinerum sacra faciunt Genio loci, cu-

ui, cuius fere solius agnoscunt numen, quiformâ maximi voraciſſimique alitis (*RVC* appellant incolæ) conſpicuum ſe præbet quotannis, expectaturus ſuorum vota: Huic illi crudas offerunt Hecatombas, hoc modo. Vasta planities *Lecanica* eſt, ab Auſtrali parte montibus vndique circumcincta: huc conuolant certo die incolæ ad vnum omnes, ducuntque ſecum innumeram vim omnis generis pecorum, iumentorum, alitum: Elephantos, rhinocerotes, camelos, quos in hunc diem ſaginant (neque aliter moris eſt tam inutile genus animalium ſeruare aut paſcere:) boues proceriſſimos, apros, oues, capras, quin & aues, quotquot ſunt nudas atq; deplumes; quaſique includunt in ſpatioſiſſimam hanc caueam. Ipſi per montium latera velut theatri alicuius gradus ordine diſpoſiti flexis genibus expectant ſui numinis aduentum: Tandem ingenti clangore, ac confuſiſſimo ſtrepitu & ronco, à longe conſpicias ſa-

crum alitem, adunco rostro, falcatis vnguibus, oculis micantibus mirâ cateruâ Harpyiarum, coruorum, vulturum, accipitrum vndiq; stipatum: Aduolant horrendo stridore, & iam ad instar densæ nubis vallem subiacentem numero & pennarum vmbrâ tegunt, solemq; & cœlum adimunt; Ter circumuolant planitiẽ, dum incolæ exclamant, precantur, tremunt, gratulantur. Dux auium animaduertit sibi prædam, & ex toto agmine seligit quicquid palato maximè arriserit; nunc duos boues, nunc elephantum rapit; dein statim alites reliqui pro suo quisq; modulo & appetitu in reliquum agmen irruunt: hunc vitulo, illum agno, apro alium, alium ansere vel cygno videas onustum: quo subinde facto; omnes non sine canora populi acclamatione auolant, & intuentium oculos effugiunt: Quicquid superest (quod sanè plurimum vt sit necesse est) illo ipso die à populo istic discumbente consumatur iubet pietas; quo sic se ni-

In Larcinia syluas; ibiq; degunt. quæ ve l. 4. c. 4.

se nimium replent, vt per dies fere quadraginta carnem fastidiant, & exinde piscibus, sed sumptu longè maiore, vino coctis conditisque, & dapibus Gulosiniis, vescantur: cum, vt se recreent aliquantulum tanta ferculorum varietate, tùm vt eo acriore animo carnem diu neglectam aggrediantur: Vnde religiosam Quadragesimæ obseruationem in regionibus Pontificiis etiamnũ crediderim inualuisse.

CAP. II. *Electio magni ducis.*

FEstino ad Palatium magni ducis, quô me duxit meus Genius feliciter, illo ipso die, quo nouus princeps pro more regni creabatur: In Isthmo plane medio inter vtramq; prouinciam sita est arx longe augustissima; quam ferunt olim struxisse *Omasium* quendam Gigantem, vastæ molis, parẽ, non illi, cuius effigiẽ nostrates Academici è vicino colle exciſam inuisunt & admirantur, sed illi

potius quicunq; fuit hominis monstro, cuius binos dentes maxillares, puteo quodam Cantabrigiensi effossos vidi, vix humano capite minores; quibus profecto dens ille in Vtinensi littore repert' authore Sigeberto, sponte cederet: Nanus erat huic homini comparatus * Orestes ille Plinii, aut β Orion Plutarchi. Finge tibi potius Anteum cubitorũ 60. aut illum, cuius cadauer non procul à Drepano refossum, 200 (vt ex osse coxæ conjectari licuit) cubitorum, refert Boccatius: hunc ego germanum huius fratrem autumârim. Scilicet hic primus regionem hanc, olim sub Frugionæ ditione positam subegit; eiecit priores incolas, nouos populos dedit & iura noua: Cuius animam putant monstrosissimi alitis formam, errore Pythagorico, induisse: eumq; quotannis hoc nomine, vti diximus, stato die venerantur. Non secus iste à misellâ plebeculâ, ac Mahumetes à suis Turcis vbique colitur: Heic in spatioso arcis atrio

* 7. cubitorum, Plin. l. 7. c. 16.

β Cubitorum. 16. quod tamen Oti putabatur.

trio cernas monumẽtum huius memoriæ ſacrum, ſtatuam viſendæ altitudinis, antiquo γ Lyſippi Coloſſo æneo haud parum ſanè procerioré; iuxtâque tumulum, in quo ſignaturas quaſdam vidi, ſed inuida vetuſtate ita corroſas, vt non facile ſenſum aut verba eliceres, iuxta illud Ouidii,

——ſed longa vetuſtas
Deſtruit, & ſaxo longa ſenecta nocet.

Sic ſe habebant liturarum relliquiæ:

γ *Aut* Charetis, *diſcipuli huius Lyſippi, altitudine 70. cubitorum.*



Omas Fagon Dux De nimis
VICTOR PRINCEPS DEUS
HEIS FACIO NEMO NIH
MOVINET FAVELICUS
PRATEREAT DIVINUS
SALUTET SOLUS
HAERES NIHIL ESTO QUI
POTEST SUBDITUS QUI
VULT QUIMURET HOSTIS
WITH VENTRES ET
VALETE

Ego sic censeo restituendum: penes lectorem esto iudicium.

OMASIVS FAGONIÆ, DVX, DOMINVS, VICTOR, PRINCEPS, DEVS HIC IACEO: NEMO ME NOMINET FAMELICVS, PRÆTEREAT IEIVNVS, SALVTET SOBRIVS: HÆRES MIHI ESTO QVI POTEST, SVBDITVS QVI VVLT, QVI AVDET, HOSTIS. VIVITE VENTRES ET VALETE.

Hæc regia Ducis est, quem ille primus legislator voluit non certo, vt alibi, imperio frui, sed anxio semperq; mutabili. Nam ex honoratissimis regni familiis, quæ multæ sunt *Mentonum*, *Bucconum*, *Ventriconum*, *Palatinorum* cuiquam licet ducatum ambire, &, vbi meruerit, vendicare: sic ergo se habet Ducis electio: Quotannis instituitur solenne certamen, quod quidem non lanceis, aut currubus, aut remis, sed dentibus peragi solet, vbi qui vicerit, præter Coronæ pampineæ honorem, regni

Seneschallus Duci proximus exinde salutatur: Finito certamine surgit quisq; , ac tangens sacrum Omasii tumulum, Bacchum iurat & Saturnum, & ipsos Omasii manes, se absq; fraude ac dolo malo negotium hoc sequens tractaturum; dein suo ordine theatrum conscendit, hunc in diem non nimis altè concinnatum, futurum examen ambitiosè expectaturus: Tandem prodit nouus Seneschallus, cingulum ferẽs aureum, gemmis probè stipatum immensæ quidem longitudinis, *Sacram Zonam Imperii* vocant indigenæ; cui verbum intextum animaduerti, *Si nihil vltrà.* quâ se primus omnium induit dux prior, notatq; abdominis sui mensuram, sequuntur hunc suo quisq; loco proceres reliqui ; quicunque vero cinctorium istud non distento ventre nec retento spiritu sic vrgere poterit, vt altiore adhuc foramine opus videatur , maximo acclamantis populi applausu *Dux Crapuliæ* salutatur: Cui statim regius pocillator flexis geni-

genibus amphoram porrigit ampliſſimam, monetq; populo ſuo propinet ſalutem: Is vaſe arrepto, apertoque concionem habet ad populum, ſi poteſt, congruam, ſin minus, blandam certè ac beniuolam: Cui ego & aurem adhibui, & animum, ſed (quæ illis gutturalis locutio) ſonum horrui, ſenſum non intellexi: ſummam percontanti ſic reddidit interpres: Poſtquam, inquit, gratias habuiſſet ingentes Baccho, Carneæ deæ, & nigellis quotquot ſunt numinibus, & inprimis impetii largitori Ventri, qui illum ducē maximum creaſſent hodie, ſuiſq; oculis gratulatus eſſet qui ſe, priuſquam exciderint, ducem potentiſſimum intuerentur; ad populum ſe conuertit, ſuauiſſimā oratione, Omaſium ſanctè iurans libertates ſe noſtras propugnaturum, promotorum negotia, hoſtes fugaturum, ſequuturum conſilia, foturum ſtudia, vota ſuſcepturum, laxaturum gulas, menſuras ampliaturū; denique quales ſumus ſeruaturum,

facturum quales esse desideramus. Dein Fami, Abstinentiæ, Diætę, malę cereuisiæ, Macilentiæ hostem se acerrimum professus est; iurauitque denuo neminem se præside ieiunaturum impune, neminem ingratiis græcaturum: Quare, inquit, agite, per sanctam saturitatem; estote semper hilares; &, quando potestis, obsequętes: & ita suauiter intret, tutoq; exeat pulchellus iste cyathus (quo dicto vinum lentius ebibit, fundoq; vasis inuerso labrum pollici, pro more applicat) vt ego vos semper ebrios, saturos, fortunatos cupio: Populus læta voce cælum implet ingeminatque.

Cagastrum græce est Paracelsica, opposita Iliastro: & nos petimus à græcis.

Cagastrius (sic enim illi nomen) *augustissimus Crapuliæ Imperator, vivat, regnet, crescat.*

Insignia regni statim illi tradita struthiocamelus ferrum vorans, cum verbo *Digere & Impera*, & denique pro fascibus, gladioue, aut sceptro, cultellum vnà cum doliolo aureo in manus ipsi dedit Senescha-

lus,

lus, & solenni verbo dixit, *Vtere & fruere*. Prætereo lubens struices quas illic vidi hac nocte patinarias, montes carnis, vini torrentes; id vnum silere nequeo, compita omnia nocte hâc, ita strata fuisse viuis ebriorum cadaueribus, vt victorum hostium castra solent post maximam stragem: Nihil ferè habent in se singulare vrbes reliquæ *Deuacuum*, *Porcestria*, *Sarcoboscum*, *Vesulanium*, *Lingastrum*; quarum mores habitusque ex vna facilè colliget Lector.

CAP. 12. *Insula Famelica, vel Terra* d'Hambre.

EXcidit nobis insulæ *Famelicæ* mentio, illa (ne quid lateat lectorem) longitudinem habet graduum 330. latitudinē vero 54. oppositā quidem ab Aquilone Cap. Blanco, ab Austro aūt paludi Tryphoniæ: Terra petræa, montosa, infœcunda, nuda,

arenosa; arbores heic aliquot, sed decorticatę, caluę; quæ nec fructum ferant, nec frondes: quin neque flos nec gramen (quod alibi viresćit in iussum) vspiam hîc crescunt. Veris hyemisque vices nescit solum exuccum, & plane demortuum; siue quod herbas frondesque primulum enascentes carpant, vorentque auidissimi indigenæ; siue id fiat iratæ Cereris imprecationibus, quam ferunt dum filiam iam nuper amissam per maria, per terras sollicitè disquireret: incidisse in hanc insulam, & in eius scopulosо littore naufragium passam fuisse, ac proinde diris deuouisse hanc terram, ac iussisse, nequid istic deinceps nasceretur. Incolarum nemo sedet hîc volens, sed exilio è sua terra eiectus: hi omnes colore sunt fusco, & subpallido, cute durâ, contractâ, & Elephanti more hiulcâ; omnium quos sol vidit macilentissimi; vt σκιαῖόν tibi aliquod nouâ cute obtectum, aut hominis vmbram referat quis horum cadauerosus

sus hospes: Videbis hîc alium muscis insidiãtẽ, vermiculis alium, nec desunt qui terræ cũtẽ radunt cultello, vt abditas quærant herbarum radiculas; quin & sibi mutuo, vbi licuerit, prędę sunt; quod à se prudenter factũ Aristotelicâ regulâ defendunt; etenim crescente hospitum numero necesse est crescat rerum omnium indigentia; nec quem liberat aduenam nouitium nisi vel robur, vel macilentia.

Fabri ferrarii ferè sunt omnes; quãquã & Pamphagones Philosophos huc omnes ac medicos relegent, & Hispani omne genus libertos. Terribilis formæ bestia per huius insulæ deserta passim oberrat, *Nuchtermagen* vocant, ἀνίφαλος; quæ horrẽdissimo latratu cælum implet; quem sonũ qui semel duodecim horarũ spatio non audierit, surdescit illico; ter vero qui audierit, nec quid prædæ obiecerit ante horas duodecim, moritur. Alia hîc animalia, pręter lupos & Cercopithecos caudis aliquantulũ curtos, nulla vidi.

Compositæ vox à duabus Germanicis: Nuchter / ieiunus, & Magen / stomachus; vnde Anglicum Maw; g resoluto in w. Cercopitheci caudas suas deuorant, famis impatientes.

YVRONIA, ALTERA Crapuliæ prouincia.

Terra ebriosa.

CAP. I. *Ingenium populi.*

YVRONIAM aggredior cuius nemo accuratam à me descriptionem exspectet; neq; enim ausus sum illorum vrbes inuisere, donec iam obtenebrescceret, cum iam ciues somno vinoq; sepulti. Quid metuerim mihi rogas: neq; hoc inuidebo Lectori; *Burgomagistrorum* largitate; quib. in more est aduentantes quosque hospites, nescio quot vini congiis excipere; aduentumq; illis munificentissime gratulari; publicis impensis ac nomine ciuitatis; quos ebibant ipsi omnes necesse est, ni ingrati, & (quod peius est) reipublicæ hostes haberi mauelint. Metuebam mihi ab hoc honore, & periculo: Regio est aliquanto maior Pamphagoniâ, tan-

tantoq; intemperantior, quanto illis pulentior. Latitudine vtramque Germaniam vel adæquat, vel sanè superat. Nulla regio est vbi vel vberius proueniant vuæ, vel felicius; adeo vt, quę singulis Europæis gentib. propriæ sunt, Germaniæ albiores & tenuissimæ, Galliæ rubicundæ, pauloq; fortiores, Hispaniæ colore medioxumæ, virtute generosissimæ, omnes istic abunde crescant: Temperie aliquantulum à Pamphagonibus discrepant; illi calido & sicco delectantur plurimum, hi calido & humido; Illi proinde culinarii & furui, hi cellularii & rufi *Crapuliani* à vicinis ioco nuncupati: Neq; minus ingenio; tanto enim Yurones illis disertiores sunt, quanto magis impudici: ineunte quidem ætate plerique omnes ingeniosissimi sunt, prouectiore vero & præsertim decrepitâ, ita obliuiosi, vt vix sui nominis meminerint.

CAP. 2. *Turonia tributa in suas partes.*

Triplici potus genere inebriantur potatores: Vino, cereuisiâ, aquis elambicatis vino calidioribus; hinc tres Turon. partes.

PRouincia hæc in tres præcipuas comitatus ab incolis distinguitur; *Oenotriam* vel *Ponsiniam*, *Pyræniam* vel *Zythæniam*, & *Lupulaniam*, quæ & aliis *Houbelonia* dicta est.

1 Oenotria, *ab οἶνος. vnde* vinum *Latinis.*

2 Pyræn. à πῦρ, & οἶνος.

3 Houbel. *Gallis* Lupulus. *Hinc nomen Anglicum,* Hoppe.

Quod ad *Ponsiniam*, (vocabulo vt ego putabam corrupto; *P*, pro B. *F*, pro *V*, more Germanico male pronunciato;) *Meionium* salsum flumen hanc à Pamphagonia scindit ab Occidente; ambitque ducis regiam: cuius tamen vndas non quidem à Mari deriuatas putant accolæ, sed ab aëreo quodam fluore conflatas; Cõtinet illa in se multas vrbes egregias; Hic.n. inprimis occurrit mihi *Pampinolæ*, vel *Ampelonæ* viculus quintuplex, qui per Olmios se cõlles pulchrè diffundit, & vsque ad Traubenam vrbeculam, pro lateritiæ materiæ colore rubicundam, porrigitur. Ima in valle quæ *Torcolia* dicitur, Licoris

coris elegantissimi fluminis natiuum cubile est: per cuius amœnissimas ripas, plurimas vidi ciuitates hac illac vndiquaq; sparsas, non sine prudentissimo delectu fundatorum, *Bacheram*, *Krugtopolin*, *Chytræam*, *Cadillã*, ligneo muro circundatam: Reliquus sane orbis, quâqua patet, flumen huic vni conferendum nullum habet; *Danubius*, *Tamesis*, *Volga*, *Tyberis*, *Sequana*, aut ille *Guianorũ Raleana*, præ isto plane sordent: nam præter limpidissimorum tacitéq; labentium fluctuum lasciuos errores, aqua dulcissimi saporis est, quæ nec optimo nouit vino cedere, nec mellitis Turcarum poculis. Peculiare quoddam piscis genus sibi vendicat hic Oceani filius natu maximus, *Pistrin* minorem; indigenæ **Sprukwall** vocant; cui mos est maximã liquoris mustei copiam è cauo vertice in altum egerere; quem vicina gens scaphis excipit studiosissimè; domique adseruat: Hic inter decurrendum *Faesseram*, vrbem herclè ingentem,

Hoc omen indit Gesnerus huic pisci: nos Whirlpool, *appellamus.*

oblongam inuiſens, diuortit tandem per latam vini cellæ planitiem, ad Metropolin huius prouincię *Zouffenbergam*.

CAP. 3.

Zouffenberga Metropolis Yuroniæ deſcripta; & ſub hac, Yuronum habitus, moreſque.

ZOuffenberga, ignoto mihi nomine, niſi quod ſonum Germanicum præ ſe ferre videbatur, colli ſuperædificata κανθαροειδὴς apparet, quaqua vorſum aſpicienti: vrbs valde celebris, & emporium ſitus beneficio commodiſſimum; ex Orientali parte doliorum aggeribus probè cincta eſt, quorum etiam coſtis domunculæ omnes obteguntur. In ipſo portę veſtibulo ſita eſt à mane ad veſperam ex inuiolando legis præſcripto Amphora pręgrandis, *Poculum hoſpitale* ſua lingua vocant ciues, cuius anſæ inſculptum eſt vetus illud, ἢ πίθι, ἢ ὤπιθι, quiſquis ingreditur, aut totam ebibit,

ebibit, aut sistitur Magistratui, rationem contumaciæ redditurus: Supernè sculpta vidi vrbis insignia, Hirudinem nudo pedi inhærentem, cum verbo iuxtà posito, PLENA QVIESCO: Hîc ego perquam certè opportunè conueni hospitem iam vrbem ingressurus, hominem peregrinum gente Loçanicum, qui se suâ linguâ *Cinciglionem* nominabat. Is me sub vespera clanculum introduxit, ac multa docuit, quæ ipse nullus deprehendissem: Ædificiorum & materia & structura non absimilis Pamphagonicis, nisi quod anterior pars domorum vite continuâ sic prorsus obducatur, vt ni vndiquaque penderent Tabernarum insignia, profectò in media te vinea putares obambulare: spectaculum herclè non iniucundum. In foro publico æneis suspenduntur catenis singularum mensurarum exemplaria sigillo regni ore summo consignata; iuxtaque legum sacrarum tabulę, quas etiam nos paulo post fideliter commemorabimus.

*Itala vox à sono destillantis vini petita.

Nudi incedunt incolę, nisi quod omnium tempora pampineis corollis adumbrentur: Cute tamen mire depictâ, veterum Britannorum more: Huius quidem Centauri, illius Tragelaphi, alterius columbæ, alitis bibaciſſimi; est & quem cernas Amphoræ formâ tam artificiosè superinductum, vt brachijs lateri incuruatis viuam iurares amphoram: Vidi & qui Balænam ita pulchrè referret, vt illo vomente, nemo non putaret & hunc Cetum, & quod eiecerit, Oceanum. Ardebat mihi animus publicum conuiuandi morem, clàm ciuibus intueri; Cui demum annuit hospes, quanquam non sine plurimis, iisque seriis periculorum præmonitionibus, morumque documentis; quibus ego probè instructus ad prætorium, vbi conuiuia solent agitari sub noctem ynâ cum fido duce, me contuli: Confluunt, discumbuntque eodem planè more quo Pamphagones prius, nisi quod istic plus poculorum obseruaui, ferculorum

calorum minus : Vase duplici stipatur quisq; ex vtroque latere; matulâ, quâ vrinam, trullâ quâ vomitum excepturus est. Initio quidem libant Baccho, communi deo; non illo more quo Romani olim, paulo vini diffuso humi, sed longè religiosiore: Iuxta summum mensæ Bacchi statua erigitur, tenens is dextrâ quidem ingentem crateram, dum præ nimio pondere, (quod Virgilius olim) fessæ subuenit læua sorori: Huic sacerdos supplicum conuiuarum nomine cadum vini (neq; enim minus capit) iugiter infundit; quod per cauos quosdam tubulos, veluti tot venas ad os vsque & femoris iuncturam deriuatur; atque ita erumpit, quasi vinum simul & euomere, & mingere videretur: Hæc autem illis Clepsydra est moderando conuiuio; postquam enim is egerere desierit, istis ingerere religio est. Dein salsamenta non vnius generis apponuntur, placentæ salitæ, halecu'æ, & salibus exesæ chalcides, pernæ pluſ-quam Westphalæ,

radices carduorum ſylueſtrium, Anchouiæ ſiti proritandæ. Tum ſtatim plena circũuolant pocula, ſonantque vacua, vt vix demum ſtatueres impletáne fuerint vt euacuarentur illico, an exhauſta vt implerentur: &(vt Plautinus ille) ſcaphio, cantharis, batiolis bibunt. Præbibiturus alteri ſolenni cantiuncula illum prouocat, dein dextris arctius coniunctis, concuſſiſque vehementius, poculoq; ori eius ferè admoto, rem aggreditur; & poſt multas interſpirationes, remiſſóſque ſpiritus; & blandas ſermocinationes anſam poculi non deſerit, donec totum epotârit; pari modo reſpõdet alter; Menſa ſecunda ferculis nõ ita magnis ac opiparis inſtruitur: quam etiam nouâ potione contemperare ſolent. Demum & tertia rariſſimo fruticum apparatu pulchrè inſtauratur; quâ fere finitâ, mappâque iam prouolutâ, Magiſter ceremoniarum, clarâ voce, **Geſundheits** ter præconatur: Quo ſono ſciolus ego dimiſſam putaui turbam, diſ-

Exulat hinc illud Græcanicum, in veterum etiam Romanorum conuiuiis vſurpatũ: Καὶ πέντε πίνε, καὶ τρία πίνε, ἢ μὴ, τέτταρα. Plutarch. συμπος. decad. 3. Athen. li. 10. Plautus in Stiche.

discessionemq; meditatus, moui pedem; quum manicam mihi leniter vellens, hospes, Huî, tam cito, inquit somniculose spectator vix dum incepto conuiuio? en tibi vt non languido cursu defluat Bacchi clepsydra; mane paulum & scenę huius catastrophen patienter exspecta; Paruï, stetique: Cum vnus è conuiuis exuta corolla, flexisque genubus, velut vota facturus, sextarium arripit; & *Salutem*, inquit, *Cagastrio potentissimo Crapuliæ Archiduci*; Bibit, anhelat, respirat, eructat, sermocinatur; donec post certa quædam interualla, totque haustus, quot nomini suo literæ, fundum inuerterit; quo facto, καταβίζει, & (quod Horatius) *mero tingit pauimentũ superbo:* sequitur à summo quisque, iisdemque poculo, facto, & gestu fidum se comprobat ciuem ac beneuolum, quodque mauult strenuum potatorẽ. Assurgit statim alter, & Bene vos, inquit, bene nos, bene celeberrimam & angustissimam Zouffenbergam:

claréque interim ructat, incuruato genu, bibit, ebibit; nec quis audet non sequi; Tertius Yuroniæ nominat honorem, proceréſque; vnicuique ſuppetit aliquid, quo reliquos pelliciat ad nouos hauſtus. Tandem cum vna æque pocula potitauit quiſque, quod ſplenem mihi mouit maximè, poſt hæc ſeria, ordine ſuo poetam agit vnuſquiſque Muſis omnibus inuitis, ſolius Bacchi numine, ac ἰνθυσιασμῷ: æmulus ſcilicet antiqui moris; cuius meminit in ſympoſiacis Plutarchus, cantilenam quiſque ſuam modulatur; inſtar lyræ erat poculo inſonans cultellum: & pulſatum eſt ædipol harmonicè: Alter amicam ſuam laudauit, alter Dionyſij virtutem prædicauit; alter quæ res ſibi cum vxore domi erat, propalauit, vt ſuccurrerit mihi ſtatim illud vetus Laberij:

Ebriulati mentẽ hilarem accipiunt;

Alter falſo carmine in abſentem luſit; omnes numeris (vt mihi videbatur) planè Anacreonticis; Dignum patel-

Vere de iſtorum quopiã dixerit Horatius: Aut inſanit homo aut verſus facit; *Ab hoc more proculdubio petitum eſt illud Græcorũ,* Διθυραμβοποιῶν νῦν ἔχεις ἐλαύνειν. *Vt interpres Ariſtoph. in Auibus. Nonius.*

patella operculum: Interim dum hæc fiunt, quot ora hominum, tot discrepantes affectus conspexisses; Hunc præ mero amore socio allachrymantem, illum oscula libantem proximo, alium in risus immodicos solutum, alium deuotâ mente Baccho prouolutum, alium, * cui poculum non citius allatum est, stomachantem, iurantemque centum mille Diabolorum myriadas, alium nutantem & simul ore spumantem. Ab initio autem conuiuii, quoniam ita lubricâ sunt plerique memoriâ, vt officii sui facile obliuiscantur, adsidet paulo altior Notarius publicus, **Auffzeichner**, qui haustus quosq; in tabellas velut acta publica refert; quid quis, cui propinauerit, sedulo describit; finitâque cœnâ, modo quis auscultando fuerit, recitat.

* ἀχρειωθέντα τῇ τῦ σώματος ἀφθόνῳ χορηγίᾳ. vt ilie de Elephantis.

Trinkenius,	*Bibulo*	3ª Congia.
Bibulus,	*Oesophagio*	sesquiãphorã
Dipsius,	*Leinio*	2. sextar.
Drollius,	*Biberio*	totidem.
Zaufenius,	*Saturioni*	semicad.

Si

Si quis demum officio defuisse deprehendatur, (modo soluendo sit) adhuc satisfacit; sin minus, ineunte conuiuio non sino magno se fœnore tenetur liberare: Perlecto iam catalogo, clepsydrâque exhaustâ; Illud vero vnũ, inquam ego, paulo solicitiorẽ me habet, quî isti commodè deducendi sint domum; Facile id fiet, respondet hospes; Vides tunes illos qui tot ferreis annulis istic in foro alligantur? hos cautiores ministri (quibus ante finitas epulas poculum libare piaculo est) vix etiã sibimet ausi confidere, forib. herilib. affixos, nouũ Ariadnes filum sequuti, rectâ domũ vnà cum sua mandra remeant, quantumuis illum nocte: sed quid si quis funem interea mouerit loco? subrisit ille; Et quenquam putas hoc noctis, inquit, ita agere excubias? nouimus tamen hoc factum aliquando; Tum is & domum petit & vxorem non suam; quod tamen ipsa fortassis æque temulenta, nõ ante crastinum meridiem persentiscit; tunc autẽ quod nescientes fecerunt,

rident

rident ſcientes: Certò enim ipſis perſuaſum eſt, *Non peccare quicquid quis facit ebrius*; quia non ipſe, ſed *Bacchus* id perpetrat; occurrebat mihi tamen illud Luciani, ὁδὶ ὁ Διόνυσος ποιεῖ τὸ δὲ ἄμετρον τῆς πόσιος. *Lucian. dialog.*

CAP. 4.

Equites aurei dolij, Legeſque loci.

IN prætorio etiam vrbis ſuſpenſum vidi aureum illud dolium, quod equitibus huiuſce Ordinis nomen dare ſolet; nam qui ter iſtud ſobrius ſiccauerit, eques exinde creatur à Duce; donaturque torquato inſigni dignitatis; neque contemnenda ſunt horum equitum priuilegia; vbicunque. n. ſũt & menſis dominantur & tabernis; vinum cuiuſcunque generis gratis afferri iubent, & modum cuique pręſcribunt potandi: Hi in omni ſolenni cõuiuio vt gladiatores olim Romani enſibus, poculorũ numero contẽdunt, quique plura nec dũ ebrius exhauſerit, victor euadit, triumphatque ſerio: ebrietatis autem

Vel Helotarum Laconicorum mores.

autem iudicium hinc peti ſolet, qui protenſum digitum lucernæ ardentis flammulæ rectâ poteſt immittere, quicquid præterea dixerit, egeritve, ſobrius habetur. Habe demum lector, *Zouffenbergæ*, ſed & *Yuroniæ* totius leges; riſumque, ſi potes, tene:

Pomeridiana fides irrita eſto.

Pocula nemini ſua ſunto.

Qui meri aliquid eiecerit cottabizando præter ſpumam, ſemet incuruans effuſũ liquorem linguâ abſorbeto.

Propinanti reſpondeat quiſque eodem poculo modoq; quo erat prouocatus; qui ſecus faxit biduum ſitiat.

Pocula ſemper vel plena ſint vel vacua: dimidiata qui vel appoſuerit miniſter, vel conuiua tulerit, reus eſto læſæ ſocietatis.

Ebriũ qui ſobrius percuſſerit inteſtabilis ſit: qui ſobriũ ebrius, abſoluatur.

Quiſquis ebrium ſobrius ſpoliauerit, vino interdicatur in perpetuũ; qui interfecerit, ſiti pereat.

Qui ſiccam ſalutem precatus fuerit Crapuliæ Imperatori, læſæ maieſtatis damnetur. Natu-

Naturâ vel morbo abſtemius exeſto.

Rectilinearis greſſus à cœna ſcelus eſto.

Quiſquis triduo in vrbe manſerit, Baccho ſacrificet.

Ciuem qui nuncupauerit mœchum, aut furem, ferat impunè; qui abſtemium in ius vocator.

Qui vinum aquâ miſcuerit, ad caninam menſam damnator.

Qui Bacchum iurauerit, nec ſeruauerit fidem, inteſtabilis eſto.

Qui poculo alterum petierit iratus, & vel quid vini effuderit, vel vas ipſum fregerit, proximo die poculis & manum, & labra abſtineto.

In veſtibulo Prętorii ſcriptum reperi:

Hæc domus eſt læta ſemper bonitate repleta.
Hîc pax, hîc requies, hîc gaudia ſæper honeſta:

Inſcript. Stilliard.

CAP. 5.

Artes, & bellandi mos Yuronibus.

LIppi ferè ſunt omnes, & paralytici; ſtrumaq; inſignes nobili, quali ſu-

ſuperbiunt Alpium & Pyrenæorum coloni: Pictores longe optimi ſunt, dum tremulam facit manum ebrioſa ſenectus; vt merito hîc illud cogites Luciani οἷος ἂν νήφων αὐτὸς ἦν, ὅπου ταῦτα μεθύων ποιεῖ; Sed & poëtas habent plurimos, quos Dux illorum non lauro (quippe religio cuiquam eſt plantam viti inimiciſſimam geſtare) ſed hederâ donauit; ſordidum genus homiuum ipſæque fæces imæ plebeculæ; quibus ego non minus indignor ſacrum illud nomen quam Antigenidē ſuum ſtomachatum ſcribit Apuleius, quod monumentarii ceraulæ tibicines dicerentur. Homuli planè rudes, ἀναλφάβητοι, qui maternos vix norunt rhythmos concinnare, hi quadris alienis victitant, nouis Epithalamiis Elegiis, Epitaphiis tabernas replent, triumphos diſponunt, edunt ſpectacula, & ita cantionibus præſunt nobiles Choragi, vt equites poculis. Vnicum illis ferunt ætatem hanc tuliſſe verè poëtam, quem propter intempeſtiuum veriloquium fame audiui periiſſe.

Apul. Aſin.

iisse. Præliantur quidem sæpius, socii communis belli; sed semper inermes, nec vel induſiis, Hybernicis armis induti; pro lanceis sũt ſudes vlmeæ quib. vites inniti ſolent, acuminatæ, & igne paulum obduratæ, nec vel dici vel credi poteſt, quàm illi & ſtrenuè pugnarint, & feliciter vicerint aliquoties; cautũ eſt ſcilicet, ne quis parũ ebrius cum hoſte cõgrediatur; vinũ igitur audacem facit, audacia ſæpiuſcule fortunatum. CAP. 6.

Exequiæ Burgomagiſtri. Bacchi ſacrificium.

ILla ipſa nocte quæ teſtes nos habuit conuiuii, quidam è Burgomagiſtris, cuius ædes in altiore colliculo ſitæ erant, è feneſtrâ excidit, quam is parũ ſui compos, nec benè palpans oſtium putarat; fractâque ceruice, ſtatim expirauit. Cuius exequias magna cum pompa luctuque celebratas vidi: Pullo ſe quiſque colore tingebat, proque ſertis pampineis cupreſſea induebat; Cadauer impoſitum nõ ſandapilæ, nõ pyræ, ſed dolio ſemi-

semipleno iniectum, iu puteo vini pleno non tam sepultum quã submersum est: nam vbi Romanis in more erat pyræ altiori glebas thuris (vt loquar cum Lucretio) & omne genus suaueolentium aromatum superiniicere, hîc vrnulam quisque vini infundit tumulo, mortuoque valedicit. Statua illi erecta in medio Bacchi atrio, inscripta illorum lingua hoc carmine:

Et illud. Vina dedere neci *G.* vina sepulchro Funde; situm nondũ finiit atra dies. *Senæ in Templ. S. Dominici: Adhuc & tertium:* Vina dabant vitam; mortem mihi vina dederunt; Sobrius auroram cernere non potui.

Nõ patuere fores, patuit quæ nocte feneſtra,
Ianua mortis erat, ianua honoris erit.

Biduum ego istic tutus mansissem, cum ad me hospes, Heus tu inquit, latuisti probè, hactenus; sed tertium si adhuc diem egeris, necesse est Baccho sacrifices; illa mihi cura incumbit scilicet, ni in tuam gratiam peierare malim: Cui ego, & quis ille mos est, quæso, cui tam necessario parendum est; id, si semel cognouero, aut diutius permansurus faciam, aut hodierno discessu hoc te metu ac periculo liberabo. Vidisti, inquit ille, heri Bacchi statuam in foro; crateramque

remque, cui vnum infundebant, libaturi, duplicemq; infusi egressum; Alterutri horum os applices oportet, indéque haurias plus quam sat est, donec humi procubueris; tum deniq; illo ipso in loco prouolutus, destillantis adhuc vini imbre, vsque dum desierit, proluaris. Sed, amabo, dic mihi serio, inquam, num qui vnquam peregrini hoc fecerunt? Ad vnum omnes, inquit ille, quidam perquam lubentes, alij etiam inuitissimi: Ego vero abeo, inquam, tu modo expedi mihi sodes quæ secundas teneat è reliquis Yuroniæ partibus. *Zythæniam* ille mihi laudauit, quam alij *Pyræniam* vocant, sub ditione Tricongij, è nobilissimâ Cantharidum familia oriundi; simulque monstrat viam, satis per se facilem, iubetque valere.

Ossa merũ sitiunt; vino conspergite sepulchrũ, Et calice epoto cite viator abi: VALETE POTATORES. *Script. Sene in Templo S. Spiritus.*

CAP. 7.

Pyrænia vel Zythænia, & peregrinatio ad sacrum vtrem.

PErgo ego iam ſolus Aquilonarem plagã verſus, & à tergo mihi relicto *Schaum* albido flumine, perueni ad *Kotzungã*, villã omnium quas vidi teterrimã, olidiſſimam; iamq; in ipſis Ponfiniæ terminis *Validolium* ſalutaui, ſatis commodam nitidamq;; in qua tamen fontẽ aut fluuium nullum animaduerti; vt audio, ne vinum Nymphis adulterari poſſit: Id vnum queror, cuius monitum volo Lectorẽ; ita proficiſcenti mihi moleſta fuiſſe pocula, vt cruces Italę & Hiſpanę ſolent feſtinanti viatori; quę ad tertium quemque lapidem ſub ſacro fornice plena diſponebantur, quibus illibatis perigrinanti fas non eſt illâc præterire. Conueni tandem viatorem, viliſſimo ac villoſiſſimo ſagulo ſuperindutum, fronte ac pedibus nudum. Ego ſtatim quò tam grandi gradu tenderet percontabar. Cui ille, Peregrinationem, inquit, longam ſuſcepi ad *ſacrum vtrem Schlauchbergæ*. Miratus nouum vrbis nomen, iterq; inuſitatũ; multa rogabam de regionis vrbiſque ſitu,

ſitu, de conſilij ratione, ac vtris denique illius virtute; tulique reſponſum: *Schlauchberga* vrbs eſt in vltimis fere Pyræniæ finibus & Loçaniæ, ab vtrâque regione celebratiſſima; in qua præter alia colendiſſima religionis monumenta, ędes ſunt Bacchi Pyrodis, *Capellam ardentem* vocãt, non vt in alijs regionibus adulti, barbatíque, ſed embryonis; illâ ipsâ formâ quâ totus ardens à Semeles vtero, patre obſtetricante, olim ereptus eſt, ex ardua rupe exciſæ; è quarum tecto, pyropis aureiſque flammulis magnificentius ornato, vt cataractæ in neſcio quod Indicum mare, guttæ perennes fumantis tepentíſque liquoris in vtrem ſubiectum continuo fluxu deſtillant; quem ſupernè ferunt tanta virtute imbutum, vt quiſquis piè deuotéq; ex eo largius hauſerit, nunquam deinceps aut ante mediam noctem ſitire, aut ante meridiem inebriari poſſit: Id vero vtrunque mihi homini publico, multum faceſsit negotij; qui neq; ad mediam vſq; noctẽ

dormire possum, quin præ nimia siti surgam; neque mane surgo quin ante meridiem grauissimo somno prægrauor ebrius; Hunc ergo in finem, nisi quod paulum aquæ libauerim hodie de puro fonte, per triduum hoc siticulosus incedo, vt tanto plus merear de hoc igneo numine: nec quis aut mihi sic amicto, aut meo cuicunque comiti poculum audet obtrudere importunius. Ego amplexus auidè oblatũ mihi tam opportunè priuilegium, & comitatum illius, & patrocinium obnixius efflagitabam. Tandem vbi non parum viæ garriendo transegissemus, mutatam soli faciem animaduertens, in qua nunc sumus regione sciscitor. Hic inquit, ex quo latam illam paludem traiecimus, Methium designans lacum, tractus est Vscebatius, proximior Pyræniæ regio; non æque culta, sed multo felicior nostra Oenotria, siue terræ virtutem, siue aëris temperiem spectes: subolebat mihi, accepto quam primum nomine, & origo vocis

cis & ratio: quod ad Βάθος vsque soliti sint epotare, vel ab ὃς τὸ σπεύεος βαθίς: quàm verè, iudicent Australium linguarum peritiores. Sane populus perquam sordidus & inhumanus, nec nisi ebrius, vnquam non ferus & truculentus videbatur: qui tamen mihi (vt superstitiosissimi sunt) comitis tam religiosi causa satis fauebant; primam quidem noctem in publico vrbeculæ cuiusdam obscurior s xenodochio transegimus; satis pol quietè; hospites enim omnes ebriulatos, somnóque altissimo semimortuos & comperimus & reliquimus: reliquas, in quibus nihil tabellis dignum animaduerti, volens taceo. Peruenimus tandem per multas syluas inuias, longáq; paludes ad oppidulum celebre ac frequens, *Portum Aquæ Fortis:* Ego, requiem mihi iam diu pollicitus, quâ nunc imus inquã? aut num hæc spes tua est illa desideratissima Schlauchberga? Non est, inquit ille, sed quod te recreet aliquantulum, ne vina terræ metienda

restat his pedibus, remis perageur quod restat; quibus postquam hæc obstantia freta feliciter transfretauimus, per quieta Pyræniæ littora (regio enim hæc, Daniæ more, ab Oceano interueniente, duas in partes scinditur) ad portum optatissimum perueniemus: Nauim conscēdimus, soluimus portu, & iam in medijs fluctibus agitamur: Sed hîc friget mihi etiamnum timidum hoc pectus reminiscenti, quantum nos isthic periculum euaserimus: Ecce enim nautas ad vnum omnes ebrios planissime, suíque parum compotes; Heîc vnus dormit in puppi; alter fato Palinuri remum tractaturus, in mare præceps decidit; cui dum vnus & alter frustra opem ferre tentant, casuri & ipsi manibus nostris seruati sunt. Furit alter, remumque intentat proximo, quod socio amisso non fuerit opitulatus: cui ille lacessitus ingeminato verbere, pariter respondet; alterutri se parti adiungunt reliqui, volant hâc illâc minaces

Virgil. Aen.

ces remi, iam in fuſtes conuerſi, & nunc non amplius vndam, ſed auram verberant: Facilè ſternuntur humi quos Bacchi priores ictus vltrà præcipitant: Victores duo (neque iam plures ſupererant) ſero pertæſi tantæ cladis, in nos irruunt, toruè intuentes; noſtrâque causâ hæc omnia euenisſe clamitant: At nos, quibus pudori viſum eſt à totidem ebriis ſuperari, procumbentium armis inſtructi, impotens par hoſtium facilè ſubegimus, armiſque ſpoliatos ligauimus; ipſi nautas egimus; quin & cymba ipſa quaſi non minus ebria nutabat hâc illâc; ita vt niſi ſiccior nobis venti aura ab Æolio vtre opportunius emiſſa flauiſſet, & nauim planè inuitam rectâ promouiſſet, heic nos miſeri remiges ſpem omnem vnâ cum cadaueribus noſtris obſcurè ſepeliſſemus, neq; vnquam religioſus iſte comes Bacchi ſui vtrem inuiſiſſet. Inter nauigandum, quod vnum ſilere nequeo, obuerſabatur oculis noſtris procul à

siniſtris insula quædam alta & niuosa, aliquanto Borealior, cuius nomen rationémq; petenti respondsum est: Illa *Glacialis Insula* nominatur, quò Bacchus iam imberbis, vt iratæ nouercæ supercilium fugeret, à patre relegatus est; quem cum inhumanius tractassent, tandemque vi & armis abegissent incolæ, iratus pater terram iussit perpetuis niue, ac tenebris operiri. Sed vnde fumus ille quē à longinquo videmus è montis niuosi cacumine erumpentem? Mons, inquit, *sacer Dionysij*, in cuius igneis visceribus expiari ferunt illorum animas, qui nimis sobriè temperanterq; vixerint, aut illi manus olim violentas intulerint. Hîc scilicet pœnas dant infelices vmbræ, assiduéq; cruciantur, donec quis amicorum superstitum, Capellam ardentem inuiserit, & igneâ illâ aquâ in tumulū effusâ, manes liberauerit. Subrisi ego, iā mihi visus cantatissimi illius Purgatorij originem exploraſſe; vt frustrâ sit Odilo ille Abbas cum Monachis

Clu-

Cluniacenſibus, qui in Ætnæo monte iſtiuſmodi animarum expiatorium, 600 abhinc annis ſtatuerint. Appulimus tandem, vrbemque inuenimus ſatis quidem elegantem, ſed vtribus vaſiſque coriaceis ſtratam, rectam; nec artifices vllos hîc vidiſſe memini, præter ſutores vtriarios, vt iam tandem quid de coriis Pamphagonicis fieret, ſatis intellexerim. Cuius rei rationem ſic habe; Incolæ non mero vtuntur, vt Yurones reliqui, ſed aquis quibuſdam lambicatis, vino fortiſsimo commiſtis, quarum tanta vis eſt, vt fragili hoc vitro contineri nequeant; quapropter thecas ſibi huiuſmodi comparant reſinâ piceque firmatiſsimas. Cives rufi ſunt pleriq; lippi, iracundi, inuidi, ſuſpicioſi, trementе manu, greſſu dubio; &, quod me terruit maxime, meras flammas & bibunt & ſpirant; quantum enim nos iſtic aquæ, aut tenuiſsimæ ceruiſiæ, tantum iſti huius calidiſsimi liquoris infundunt; vt quoties aliquem viderim iſtorum, non potuerim non ignei Anno 1000.

ignei Draconis Franecrensis meminisse: Ego igitur qui modo aquâ periclitabar, nunc mihi magis ab incendio metuebam. Comitem ergo meum Baccho suo supplicantem, præcordiis meis longe melius consulturus, deserui; & ab vrbe Vulcani Cyclopumque, potius quam Liberi patris, me proximo mane subduxi. Iamque dum per extremas *Loçaniæ* oras reditum meditabar, visurus *Houbeloniam*, tertiam Yuroniæ regionem, ecce me subito adorta est armata vis Viraginensium, cinxit, cepit, rapuitque miserrimum erronem, per immensum iter, ad caput regni Gynæcopolin.

Nolo tamen ægrius ferat Lector, quod intacta mihi hoc casu remaneat Yuroniæ pars reliqua; nam vt mihi narrauit nuperus comes, & hæc omnium ignobilissima est, & parum discrepat à cæteris, nisi quod *Houbeloniis* minus generosa ferritas est, magisque belluina.

LIBER


Pag: 96
FRVGI
ONA

Schlauchburga
Port Aquæ fortij
Piræniæ ps
Piræniæ ps.
LOCANIA
Rixatia
Terra Luxuriosa
Erotium
Amazonia
Pepuzia
HOVBELO:
NIA
Plorauia
R A
I
Garilla
LINGVADO
Tuberony Colles
Cynæcopolis
Tuditani Vallis
Labriaua
VARIANÆ Vel Moronia mobilis
TIA
PARS
Menturnea Vallis


Insula Hermap
Pag: 96
Risia minor
Risia maior
Desuergona
n Vel Amantina
Psudium
GINIA
EVGINIA
FRVGI
ONA

LIBER SECVNDVS.

VIRAGINIA, VEL GYNIA NOVA.

CAP. I.

Situs Viraginiæ; illiusque regiones. Terra fœminarum.

GYNIA noua, quam alii corruptâ voce, *Guineã* appellant; ego verò *Viraginiam*, illic sita est, vbi Geographi Europęi *Psittacorum terrã* depingunt; Ab Aquilone *Loçaniã* huic genti inimicissimam, ab Austro *Frugionam*, ab Oriẽte *Moroniam Mobilẽ* & *Felicẽ* attingit; terra profecto ferax, sed malè culta: Regiones sub se multas amplasq; continet, ingenio simul & morib. valde sibi dissonas: Pręcipuę sunt *Linguadocia*, *Rixatia*, *Plorauia*, *Risia maior* & *minor*, *Aphrodysia*, *Amazonia*, *Eugynia*; à quibus non procul abest insula *Hermaphro-*

Guinea noua describi solet extrema pars orientalis terræ Austr. incognitæ, proxima regno Maletur & Beach. hic nos & Guyniam finximus.

maphroditica. Harum ego quasdam peragraui planè inuitissimus. Superat reliquas longissime *Linguadocia*, in qua plurimæ sunt vrbes celeberrimæ, *Garrilla*, *Pſudium*, *Labriana*, quã interluit flumen ingens, *Sialon* vocant accolæ, quod ita sæpe tumet, vt in tam vasto canali vix possit contineri; & sane depressior pars regionis, quam *Mentyrneam vallem* nominant, hinc inde periclitaretur quotidie, ni sagaciores incolæ osseo aggere ripas bene munirent. Sed primas vrbium & Linguadociæ, & Viraginiæ totius vendicat tenetqve *Gynæcopolis*; vbi ego diutius quam vellem, commoratus sum. Quid ergo de me factum, inprimis referam; ac dein, quæ de nouâ gente dicenda sunt, ordine meo prosequar.

CAP. 2.

Quid mihi factum à Gynæcopolitis.

QVam primũ me duræ victrices è Loganicis finib. raptum in forum

rum deduxissent, campanulam illico pulsarunt; quâ semel auditâ conuolarunt auidę ciues, meque hic in procinctu vinctum curiosius intuentur; dum vna raptricum nostrarum, quæ tunc, vt videbatur, ducem egit, dato (vti opus erat) silentii signo, reliquas alloquuta est: Qui sim, cuiasve, nescire se, solummodo in tam perditæ regionis finib. me deprehensum, monetque vt tot tantisque Locanensium iniuriis lacessitæ, de serâ tandem vindictâ cogitent; ferantq; de mẽ iudicium: Ego gentẽ meã rationemq; erroris quibus potui verbis, ac gestibus significabam; me rerum Loganicarum prorsus ignarum; & ex illis esse, qui ipsarum & sexui, & genti bene semper voluissent; indignum esse harum clementiâ, & iustissimi regiminis famâ, peregrinum insontem, nihil vnquam de ipsarũ sexu malè meritum, indictâ causâ, damnatum iri: mouit illas non parum tam supplex oratio, támq; non fucata species veritatis: vicit ergo demum tutior plurimarum sententia, vinctũ me scilicet

cet in prætoriano carcere, Gynęcio, seruandum, donec & patria mea, & peregrinationis institutum senatui constiterit. Heîc ego & longam & miseram seruiui seruitutẽ: Neq; ni me patriæ meæ (quæ merito per terrarũ orbem *Fœminarum* audit *Paradisus*) nomen seruasset, viuus hinc demum excessissem. Enimvero Loçanicos, quotquot deprehendunt, vel suspendunt, vel viliſſimis officiis in hoc infami carcere deputare solent; sic nimirum vltæ quotidianas illius gentis iniurias; quæ tametsi salacissima sit, & in venerem propensissima, pueros tamen ardet solos, & *Putanas*, fortassis mulas & iumenta; vxores vel omnino negligit, vel nimis suspiciosâ curâ & zelotypia solicitè custodit. Quot ego heîc non ignobilium captiuorũ classes, ad Herculea pensa senescentes, lanam carpentes, staminaq; torquentes vidi! Liberauit me tandem patriæ Principisq; iam olim emeritæ sacrosanctum nomen: non tamen solutum prorsus & iniuratum: Tangenda mihi scilicet

Gallic. prouerb. Angliam fœminarum paradisum, Seruorum purgatorium, Infernũ equorum.

Ara

Ara Iunonis & publicè danda fides, me leges ſubſequentes inuiolatè obſeruaturum:

Me nihil vnquam mali nobiliſsimo ſexui, vel verbo vel facto, machinaturum.

Fœminam loquentem ſermone meo nunquam interpellaturum.

Domeſticum imperium me vbicunque ſim, fœminæ conceſſurum.

Me nunquã in Loçaniam redicturũ: Agitatur. n. apud illas vulgari prouerbio, *Plurimos huc appellere bonos viros, diſcedere malos maritos.*

Plurium amores me nè vel geſtu ſimul ambiturum.

Nihil quicquam proditurum ſecreti.

Nihil vnquam vxori, quod ad cultũ ornatumque ſpectârit, negaturum:

Ingenij, & formæ, & facundiæ laudem me fœminis vltro daturum, & ab omnibus detrectantiũ calumnijs vindicaturum.

Suſcepi in me lubens omnia: neq; duriorẽ certè cõditionem facilè reſpuiſſẽ, diſce-

discedendi studio. Ita vincula etamnum calamo meo scribentis iniecta videt Lector; vt omnia fas non sit mihi iurato eloqui. Quædam non mala licebit; mala non liceret vel iniurato.

CAP. 3.

Forma regiminis & electionum.

STatus mihi democraticus visus est; dum quæque studet imperare, nulla subiici: Quin neq; legib. se patiuntur coerceri; publicis tantũ suffragiis omnia peraguntur: quæ quomodo lata fuerint, mirum mihi homini peregrino videbatur. Omnes enim vnà loquuntur, canoris acclamationibus; nulla silet auremque alteri accommodat: *Parlamentum* istic habent ferè perpetuum, in quo maioris momenti negotia pertractantur: vt Desiderius noster, si iam superesset, factum agnosceret, quod fœminas tantopere petentes introducit; id vero necessicest propter legum latarum

Erasm. Colloq.

tarum incertitudinem : Licet enim poſtero die plebiſcita quæuis pro arbitrio retrectare; eodem non licet, ne ſibi parum conſtantes viderentur. Suffragijs quidem pares ſunt vniuerſæ ciues, non tamen dignitate ; Certo enim Præfectarum numero, quas *Centum-uiras* appellant, vrbes præcipuæ faſces tribuunt : Neq; vero natę ſunt illæ rerum dominæ, ſed electæ, vti aliqua videbitur Pulchritudine, & Eloquentiâ (ſola enim hæc duo in omni electione ſpectantur) eminere. Olim penes populum erat eligendi poteſtas, donec ex eo quòd vnaquæq; ſemetipſam ſuo promouit ſuffragio orta confuſio laudatiſſimum hunc electionis morem antiquauerit : Exinde decretum eſt, vt illæ ſolæ iudices ſederent tam inuidioſæ litis, quæ ſe neque formoſas, neq; diſertas profiterentur : Quo factum eſt, vt concurrente ſæpe populo , ne vna comperta eſt in tam frequenti ſpiſſaque corona, quæ Electricis locum occuparet ; dum prouectiores ætate

non minus se putant facundas, quam iuuenculæ elegantes; Tandem visum est hunc honorem duodecim ex annosissimis è vico *Vetulonio* matronis deferri; quem etiam superbo præterea titulo prudenter auxerunt, vt eo lubentiùs expetereretur; Neque illis præter titulum deesse potest, quod à senib. plurimi solet æstimari, rerum omnium affluentia; ita enim *Noctuæ Lauriotica* volant vndique, ita donis certant ambitiosæ puellæ, captantq; ingenti pretio vænalem iudicum gratiam, vt nec forum ipsum crediderim aut corruptius, aut opulentius. Pro sceptro, fascibúsve aut securi, *Plumæ* istis, & *Specula* præferuntur, maximæ molis; quæ vel per vicos incedentes non desinunt intueri; & horum consilio, capillos, ora, & gressus ipsos componere.

Vetulonia, *Ptolomæo Hetruriæ metropolis. Sic Silius Ital. l. 8. Aristoph.*

CAP. 4. *Viraginensium origo.*

PAuciſſimæ Viraginenſium iſtic natæ ſunt: ſed aliunde à quibuſcunque

cunque orbis terræ regionibus huc confluunt, quæ aut propter nimiam in maritos ferocitatem pulsæ sunt, aut propter nimiam maritorum inclementiam & zelotypiam sponte exularunt: Quotquot maritorum suorum dominæ, iniusti imperij causa è finibus suis vnà cum viris electæ huc appulerint, in extimis regni oris, illâ præsertim parte quæ *Gynandria* vel *Amazonia* dicta est, vrbes munitas incolunt, militésq; agunt præsidiarias: Exsules vero spontaneę, quæ imbelliores plerunque sunt & animi mollioris, in ipso regni vmbilico pacem colunt & Formam. Neque est quod speres Rempublicam tam incertæ originis aliquando præ ciuium paucitate desituram; Tot enim huc indies aggregantur vltroneæ, præsertim municipes, vt verendum sit potiùs ne nullus breui reliquus futurus sit nouis ciuibus cõmorandi locus. Ego certè malè metuo, ne vbi istiusmodi regio nostratibus fœminis calamo meo innotue-

rit, vix vlla domi manſura ſit, proximi ſeculi ſpem ſuâ fœcunditate conſeruatura.

CAP. 5. *Aphrodyſia.*

Terra laſciua.

EX hinc igitur regiæ vrbis diplomate inſtructus perrexi porrò ad Septentrionalem Viraginiæ partem, quę *Loçaniam* ſpectat, *Aphrodyſiam*: terram herclè florentiſſimam: Nec ſcio quot leucis ab *Eretio* vel *Amantina* proxima regionis villa, diſtabã, cum iucundiſſimi odoris halitus nares mihi opplebat, haud ſecus ac ſi pretioſiſſimę pharmacopolarum pyxides iuxta ſtetiſſent; ita omnia hîc ſeplaſiarios olent paſtillos & delicias Goloſinias. Reliqua taceo. Heic fœminas vidi proceras, comptas, & (ni fucus gratiam formæ ſuſtuliſſet) ſanè pulchras. Quæ omnes facie papilliſq; nudæ incedebant, cæterum amictæ, ſed materiâ leuiſſimâ, coloribuſque ſplendidiſſimis: Partes nudæ

dæ ita palam ceruſſatæ videbantur, Moſcouiticarum more, vt iurares perſonam te videre, vel ſtatuam, aut parietem; non humanam cutem: Mulieres *Deſuergoniæ* (illo gaudet nomine prima vrbs Aphrodyſiarũ) vitreas colunt domus, vndiq; pellucidas; harum neminem (ni fruſtra velis eſſe) domi quæras, niſi fortè priuſquam compta fuerit, & ornata; nec quam in foro theatróve (heic enim diem terunt) niſi vel ridentem, vel canentem vel tripudiantem cernes. Non aranea muſcis inſidiatur magis, quàm iſtæ viatorib. Loçanicis, quantumuis genti ſuæ infeſtis; quãquam & horum pleriq; vltrò ſe quęſtus gratiâ iſtarum ſummittant petulantiæ: Captos pelliciunt ad ſe primulum laſciuis geſtibus, dein exorant importunius, precio demum aggrediuntur, deniq; (ſi nihil horum) vi cogunt turpiſſimæ libidini inſeruire: Qui poſtquam ſemel ſui copiam fecerint, non aliter quam equi admiſſarij in ſecretiore ſtabulo cuſtodiuntur, neſcio

quibus radicibus Indicis, philtriſq; potentiſſimis ſaginati. Has ego & odi, & fugi ocyus; ne vel literarum præſidio ſatis me tutum ratus; quibus profecto nunquam auſus fuiſſem (ni formę meę ſatis iampridem mihi conſcius) ſpem ſalutis, pudoriſq; mei commiſiſſe. Proſuit ergo ſemel fuiſſe deformem; vt vel ea quorum cauſa naturam maximè ſolemus criminari, fiant aliquando (illâ ſic ſagaciſſimè nobis proſpiciente) vel non cogitantibus vtiliſſima.

CAP. 6.

Inſula Hermaphroditica.

NOn procul à *Guaone*, vltimâ *Moluccarum*, inter *Cap. Hermoſam* & *Beach promontorium*, inſulam vidi *Hermaphroditicam*, nec formâ, nec magnitudine Monenſi noſtrati abſimilem; vbi quaſi ſolum ipſum formæ incolarum aptaſſet natura, nihil non geminum animaduerti; Nulla planè arbor eſt, quæ non & va-

rijs

rijs frugibus onusta sit, & varijs nominibus insignis; *pyro-malos*, *pruno-cerasos*, *palmamygdalos* appellant. Sed & forma vestium composita ex vtrique sexui proprijs; nam qui plus habent virilitatis, à talis ad coxas vsque viros referunt, reliquo corpore fœminas; contrà vero quę naturâ muliebri insigniores; quod & in nominibus proprijs (ne quid dissimulent) studiosè obseruant, qualia sunt *Philippomaria*, *Petrobrigida*, *Amarichardo*, *Thomalicia*; seruiunt reliquis adolescentiores, quotquot naros non & genuerint & pepererint. Si quem è nostris deprehenderint naturę simplicis, hunc vt prodigiosum quiddam ostentant, neque secus admirantur, ac nos partus bicipites, mutilósue, aut absque pudenda partenatos: se demum perfectam prolem naturę gloriantur; quę cum binas aures, nares, manus, oculos, pedesque binos concesserit absoluto corpori, cur minus (inquiunt) prestantissimum animalium dupli-

citer instructum voluerit: quin & si quis consulat mulierculas prioris æui sacra suæ Cybeles (pol benè castis ritibus) peragentes; aut veteris Romæ, imo & nouæ famosissimos pedicatores, comperiet istos nequiter ambire, quod nobis sponte concessum est: His se, aliisq; fœdissimis rationibus munire solent homines non plane rudes, in quibus pro corporis formâ, vnà cum muliebri astutia, virilem sagacitatem obseruabis. Iumenta hîc nulla præter Mulas; nec feræ præter Lepores; piscibus ferè victitat gens tota, præsertimq; testaceis.

CAP. 7. *Amazonia, vel Gynandria.*

Anglis Land of Shrewes

REuersurus per extimam Aphrodysiæ partem, eiusque occidentalem angulũ, incidi (prout lares meviales ducebant) in *Amazoniam* vel *Gynandriam*; vnicũ tam imbellis regni præsidium, aduersus vicinorum furo-

furorem & incursiones: Quoniam vero præter Loçanicos ab adiacentium nemine periculum sibi putant imminere (quippe *Frugiona*, pacifica gens, ipsas irritare non vult, *Moronia* non potest, si velit maxime) hinc fit vt præsidiarias vrbes Amazonum, in Orientali Loçaniæ vestibulo collocauerint: Vbi tacere nequeo quantum me spes mea fefellerit; conspecto enim semel virili habitu, non parum gestiebat mihi animus ne quicquam sibi suggerens illico, me molestissimas Viraginiæ oras euasisse; sed illusum externâ incolarum specie docuit euentus; heîc enim braccatæ incedunt fœminæ, barbasque prolixas alunt, viri quique stolati & imberbes: qui lanificio strenuè incumbunt domi, dum fœminæ rei rusticæ operam dant, & militari. *Pepuzia* hîc vrbs & antiqua & magna sedet; vnde fortassis orti olim *Pepuziani* hæreseos iamdudum damnati, qui mulieribus imperium & sacerdotium commissum voluerunt. Non ita Barbari suas mulieres

Auguſt. lib. de Hæreſ. Ariſtot. Polit. 1, c. 1.

lieres vel Aristotelis æuo tractabant, vel etiamnum tractant imperiosè, vt istic fœminæ viros : Miserebat me certè tantæ seruitutis ; nihil induere, satagere, eloqui audent boni viri iniussu vxorum: nec quò exire vel ad necessaria naturæ munia , nec quem contueri aut alloqui, nisi veniâ prius humilimè impetrata ; id quod hodierno die sanctius quam olim obseruatum didici: cui rei rationem hanc ferunt esse ; quod virorum cordatiores quidam pertæsi iam sero tam ignauę turpisq; seruitutis , consilium iissent statâ quadam nocte fœminas clanculum adoriendi , secretaque strage grauissimum hoc iugum excutiendi: quod quidem iuxta coniurationem hanc feliciter euenisset, ni meticulosus quidam homuncio , cui subirata coniux ob officii alicuius neglectum verbera minitata est, vt supplicium euaderet, totã consilii rationem sub vesperâ patefecisset . Sedent mulieres dum viri ministrant , dum expergiscuntur dormiunt, dum plorant

rant rixantur, & verberant. Albo lapillo dignus est ille dies, cui isti saluâ possint cute valedicere: visus mihi fuissem denuo inter Turcica mancipia versatus, ni me habitus discrimen, turpioris seruitii monuisset: vah, quale spectaculum erat in virili manu colus ac stamen, in muliebri pugio baculusve? Dissimulaui tamen, vt potui, pudorem, animum studiosè applicans vt omnia cognoscere possem, nihil pati. Si qua clementiore ingenio muliercula mitius egerit cum viro, ac remissius; statim (vti hîc delatricũ plena sunt omnia) defertur ad senatum, læsæque maiestatis incusatur; crimen illi intentant vicinæ, non sine magna & animi commotione & contentione vocis; quod si res vel leuissimis indiciis innotuerit, hoc modo rea plecti solet: Vestẽ cogitur mutare cum viro, sicq; amicta, raso capite prodire in forum; sibi toto die stat in editiore loco, omnium spectatricũ cõuitiis, ac cachinnis exposita. Neq; vir ipse hãc audaciã ferret impune, qui tãtil

lum

lum sibi à muliere oblatum fauorem non modestè recusarit ; vbi illa tandem domum redierit, luto, lotio, cõtumeliis maculatissima, vestem non antè deponit, quàm cruentum ostentauerit baculum, quo viri sui caput validè comminuerit. Vxori suæ quisquis superuixerit, aut ancillam ducat oportet, datâ prius obseruantiæ prioris fide, aut proximæ matrifamilias in mancipium cedat; quoniam nemini virorum rebus domesticis quamlibet suis præesse liceat. Dum peregrè proficiscitur fœmina, vel militiæ causa, vel negotiationis, vel denique voluptatis, ancillæ aut filię mandantur claues, & cum clauibus imperium; Cui si ille semel obstrepere ausus fuerit, dat pœnam reduci, ni precibus multis aliisque quibuscunque officiis silentium vicariæ dominæ impetrarit, conciliarit gratiam : Rarius ad eiusdem thori consortium admittuntur viri, quando nimirum lubitum est vxorculis; sapit hoc scilicet (vt illæ quidem putant) nimi-

nimium familiaritatis; ni tamen singulis noctibus antequam incaluerit dominę lectus è procœtone surrexerint, ac nudo pede ascenderint, terque leui manu pultarint fores, summissâque voce obsequium suum officiosus obtulerint, postero die vapulant. Contra morem nostratium capillos tondent, vngues alunt. Sunt inter illas, quæ artem gymnasticam & exercent & profitentur; quæ quomodo dentes, vngues, calces bellicosissimè gerant, ostenditur; deniq; faciẽ excoriare, oculum eruere, mordere lacertos, aurem perfodere, vellere barbam artificiosius, & præceptis docent, & exemplis. Vix crederes quam illic domi nitent omnia; vbi tamen omnia lauant, verrũt, coquunt, parant viri soli: vt hinc satis appareat, viros officia domestica recusare, non quod ista tractare nequeant, sed quod se minus decere putent. Nihil ibi sordidum vidi prętęr virorum vestimenta, quæ profecto præter modum squalescunt, vt non minus ipsi

se

se negligant quam à fœminis negligantur: Foris tamen & agros & tecta, fœminarum curam, videas inculti ſſima; vrbium mœnia ita ſemiruta, & vbi adhuc integra conſiſtunt, ita imperitè conſtructa, vt virorum tutelam deſiderare videantur, & fœminarum operam & patrocinium abominari.

Dubitas nunc de ſalute mea Lector, ſat ſcio, ſolicitus, quâ tandem ratione miſer peregrinus è tam periculoſa perditáque regione ſit incolumis euaſurus. Dicam ingenuè, hoc mihi præſtiterunt habitus, ætas, conſilium. Nam & habitu incedebam virili, & iam adoleſcentulo mihi prima lanugo ſexum commodè diſſimulabat, & quod accidit mihi peropportunè, iſtic incidi (quod cui mirum videbitur in tam longinquo orbe) in plurimos mihi de facie quondam notos conterraneos, quorum fretus præceptis monitiſque, vt ſuæ olim Sibyllæ Troianus eques, per paludinoſiſsimas *Ploranuiæ* valles, mõteſ-

Aneid. 6.

telque *Tuberoniæ*, non ſine multis laboribus, moleſtiis, periculis in Moroniæ fines lætus hoſpes perueni. Sed quid de probis interea fœminis fiat & rogabis, & nimium fortaſſe miraberis; infelicem me ratus viatorem, aut ingratum, qui iſtas, vel non conuenerim vnquam, vel viſas, notaſque tanto ſilentio præterierim; Plurimæ quidem illæ ſunt, mi homo, dico ſeriò: ſed quæ *Eugyniam* habitant, partem mihi fateor, non viſam, ſed certo rumore cognitam: Quin & prædictis Viraginiæ partibus non paucæ ſunt, ſed quæ vitam agunt Anachoreticam, & Monaſticam, ac proinde montes incolunt præruptos, & inacceſſos: Huc ſcilicet (vti ferunt) caſtiſsimæ, piiſſimæ, pulcherrimæ fœminarum vltrò ſecedunt. Quiſquis aſcenderit ac ſtudioſius quæritauerit, non poterit non plurimas huius farinæ reperire: Ipſe vnam aut alteram conueni, quarum adhuc & formam & mores, virtutemque ſtupeo:

ſtupeo : Sed quod adoleſcentuli noſtrates (ſi qui huc fortè peregrinentur) ita omnem inueniendi laborem refugiant, curamque reiiciant ; hinc fit vt bonarum fœminarum paucitatem immeritò cauſentur.

LIBER

A
Vcalegonium
Lirona
Riſaglium
Piacentia
N
Saltus Actavonius
T V
Pazzuilla
B A V
Pratenſi
Duricoria
Lecithia
MOR
Praſima
GI
Dudo
Tarocchin
Glaſtia
LIA

Pag: 112
PAM PHAG
Dunius port
LA
Ophitica vallis
DOX
Abraccia
IA
Chronia
VER
Crocetta
CRE
Lipsauium
Ceniza
NIÆ
Marauilla
Rodilla
DVLIA
Fouetta
Gymnopodilla
PARS
Dayuno
Bascia
Saltuares
Insulæ
Putanium vel uilla vitu
Menospricia
Antoia
Derrumbiada
Vantarole
Chatouilla
L
Babillarda
Bugius flu:
Loucrium
Azotium
F A
Scioccia
Ochietto mons
L Y
P E
P E
A S
Larmium flu:
Bubonia
Sylua
O
Cordolium
Ante Mamir
Conicum
Traurigi montes
Gramia
RIA
Rupes
Feirea
Terra sub

ONIA
YVRO
NIA
Vcalegonium
Lirona
Vitiosa
Iugaria
Risaglium
Pipulia palus
Piacentia
NIA
LISO
Cubæa
Saltus Actæonius
AMOR
TV
BAVERIA
VIRA
GINIA
PA
Milana
otium promontorium
Pazzuilla
Pratensis villa
VA
Duricoria
Farsellia Papilionia
Lecithia
Iodia
MOR
RIA
Senzapesius
Nouizza
Prasima
Dudosa Acad
RA
ORI
GI
NA
tractus
Tarocchin
Glastia
LIA
Vallis
sub. polaris



LIBER TERTIVS.

MORONIA.

Cap. I.

Numerus Moroniæ & situs.

MORONIA regio est omnium quas vidi incultissima, vastissima, populosissima; Sane si quis in celebrioris alicuius emporii Bursa obambulet, quod ille olim de Parisijs, mundum huc totum confluxisse iudicabit. Non me latet quid de Europæorum numero scriptitarint historici; illud vero quantumcunque est, liberè concedamus. Italia 9000000 plus minus cõplectatur, Hispania aliquanto pauciores. Anglia 3000000; Totidem & Belgia; Germania vtraque 15000000. Gallia totidem; Sicilia 130000. Nouimus & quid de Terra stultorum.

Chinensium, quorum (vt perhibe
qui de magnis maiora loquuntur)
7000000 solent in hac audaci orbi
censione numerari : Mera profect
hîc solitudo est, si quis istorum cum
frequētissimo Moroniæ populo con-
feratur : Terra sita est sub ipso polo
Antarctico (vti contra sub Arctico
Pygmæorum) & sanè iam subolet
mihi ex vna eademque causa, frigore
nimirum vtriusque regions intensissi-
mo, & Pygmæorum exilitatem, &
Moronorum stupiditatem proue-
nisse; qua quidem in re pulchrè sibi
respondet Natura, dum in altera
mundi plaga vitium corporis, ani-
mi verò in altera ex nimia Solis re-
motione fieri voluerit. Cui & hoc
fidem facit, quòd qui sub mediis ac
temperatis cæli Zonis habitant,
& animo valere soleant & corpo-
re : sed philosophi id curent scilicet.
Ab Austro Crapuliâ termin.tur, Vi-
raginiâ & extremo Frugionę angulo
ab Oriente, ab Occidente denique
Lauerniâ.

CAP.

CAP. 2.
Moroniæ partes, moreſque toti populo communes.

MVltiplex quidem eſt Moronia, & multiformis; Nam ad Orientem *Variana* vel *mobilis Moronia* ſita eſt; ſub ipſo polo *Aſpera*; ad Auſtrum *Moronia Felix*, inter vtramque *Fatua*; *Pia* denique ad Occidentem. Corpore ſunt plerique omnes (quantumuis fæuiente frigore) procero & obeſo, crine ſubpallido, [a] φοξῷ capite, labiis prominentibus, auribus craſſiſſimis: Sed non idem omnibus ingenium, non mores, non habitus: Notabo pauca quæ in vniuerſum ferè omnibus competere mihi viſa. Aduenis quibuſcunque ſine omni diſcrimine copiam faciunt (ſi Aſperam Moron. exceperis) ſuarum vrbium, ædium, menſæ: Adiquenquam iſtorum, ſaluta ſubmiſſius, non ſine turgidulis titulis, planéque Hiſpanicis, lauda vel faciem, vel veſtem,

[a] φοξὸς ἐπὶ κεφαλ. de Therſite. Homer.

veſtem, vel manum, vel domum, & quicquid dixerit adſtipulare; hoſpitium nactus es quamdiu voles, in quo nihil quicquam tibi deerit quod poſſit vſpiam comparari: Gratijs & blãdis pollicitationibus hîc veneunt omnia: Plumas, aut ſerta, vel campanulas aut tympana magno auri precio à gratiſſimis emunt mercatoribus. Mediâ hyeme aperto incedunt pectore; & reliquo corpore leuiter amicto, vt eo facilius intret calor, frigus exeat; æſtate autem induunt endromida, & ſuperinduunt pallium, & quot habent veſtes, ne quà forte calor intrare poſſit: quanquam & alij φιλοσοφώτεροι contẽptâ hyemis intemperie, nudi ferè prodeant; hac freti ratione, quod cum cætera animalia ſuis plumis aut corio contenta ſint, turpe ſit regi reliquorum homini aliorum integumentis indigere. Nemo iſtorum ſolus vnquam eſt; ſemet enim alloquitur, ſibique reſpondet viciſſim; ſecum ludit ipſe, non ſine magna contentione, aliquando etiam

etiam & rixis; risumque sibi aut lachrymas mouet vbertim: Per omnes Moroniæ partes vagantur religiosiores quidam Morosophi, in varios ordines distincti; qui eodem istis in loco habentur, quo [b]*Bonzi* apud Chinenses; pium genus hominum, ac lepidulum. Excíderunt mihi ferè classium nomina; quarundē sonus hæret etiamnum, vel certe non multum absimilis; alij se (ni malè memini) [c]*Morello scurras* vocant, alij *Cluniachos*, & [d]*Latrinēses*: Alij *Licetanos*, *Zoccolātos*, [e]*Cercosimios*, [f]*Matteobassos*, [g]*Sceleſtinos*, *Della mercede*, *Della vita cōmune*: Isti omnia quæ habent largiūtur aliis, ipsi mēdicant. Ad extremos Moroniæ fines ambulant nudo pede, vt cælatum lapidem intueantur, alloquātur, exosculentur; cui demum supplices prouoluti offerunt munera, vota fundūt: Aurum plumbo mutant, & membranulis: Cereos accendunt meridie; Carne vesci, religio illis est; piscibus ad crapulam licet: * Aurum nudâ manu argentúmue tangere quibul-

b *Hi Chinēsium quasi Pseudotheologi* Pagodos (*sic idola vocant*) *religiosissime colunt magnoq; in honore sunt.*

c Morello scuro, *color est Italis Monachorū de valle vmbrosa.*

d *Lateranēses regulares & Cluniacenses.*

e Certosini.

f Matteo Basso, *Italis fundator erat Capucinorum.*

g *Cœleſtinos* *Nota fabula est de Franciscano & Dominicano.*

dam piaculo est. Hominum vix quenquam salutant; nullum non lapidem aut lignum. Flagellis se miserè mastigant, vt apud istos crudelior quædã, quam quæ Laconum olim Διαμαστιγώσις reuiuiscat: siue quod nemo alius tergus suum illis polliendum sit commodaturus, siue quod olim vitulorum sanguinem Deo gratum fuisse acceperint. Verticem radunt, vel quod læui cranio se natos meminerint, vel ad calorem cerebri temperandum, vel ne crines inter cœlum & cerebrum nascentes impedimento forent, *ne libera mens cœlestia meditaretur. Duo tantum sunt, quæ, me iudice, plus nimis sapiunt astutiæ; quod credulam plebeculam ita pulchrè emungant, vt aliorum impensis lautè viuant ipsi, otioséque; & denique quod nolentes perpeti domi crucem (vt ingeniosè *Scaliger*) vxoribus vtantur alienis, pullosque quos ipsi genuerint, aliorum alis fouendos supponant. Si quis horum

*Hugo l. 2. de sacram. part. 3. c. 1. Rabanus li. 1 de Institut. Clericor. c. 3. Bellarm. de Monachis, li. 2. c. 40. cuius hæc verba: vt sic maneat vertex; id est, animus liber & apertus diuinis contemplationibus & illustrationibus. In Albo Iani Douzæ manuscr.

ægro-

ægrotauerit, lachrymatur affatim, vſque dum vel moriatur, vel conualeſcat. Medicamenta omnia pertinacius auerſantur: tantum moribundi oleo à ſuis *Moroſophis* inungũtur. Sapientiam non metiuntur ſilentio (quippe res etiam inanimes id faciãt vltro) ſed verborum delectu, numero, rotundo exitu: Ille verè ſapit, non qui parum loquitur, ſed qui multum non incongruè. Non equitant vnquam, non nauigant; ſalutem ſuam vel ceſpitanti iumento, vel natanti nutantique ligno credere ſtultum iudicant. Ad pubertatem vſque ab vberibus matrum pendent. Mortuos non ſolent ſepelire: factum id putant inhumanius, vt quis parẽtem, vel vxorẽ, amicúmve, eo quod animâ deſtituatur, terra occultaret; nec poſſe fieri, vt eum olim ſuperſtitem vel amârit quis, vel honorârit, quẽ modo mortuum ita ſupinus abiecerit, ac nudum vermibus propinauerit: Suorum ergo cadauera ligno altiſſimo ſuſpendunt ſub dio, veſtita quam poſ-

sunt elegantissimè; & quotannis visunt ac venerantur: quanquam & veteribus hunc sepeliendi morem vsurparum fuisse satis doceant non pauca, piæ præsertim Moroniæ, monumenta. Et isti vxorum dominium agnoscunt, sed illò mitius, quod ipsorum mulieres imperare nesciant. Quem morem hinc ego natum accepi: Viragines olim Amazoniæ, istis adhuc pænè confines, Moroniam totam armis subiugarunt: quam tamẽ ipsæ nolentes propter colonorum inopiam occupare, nomen sibi retinentes imperij, pepigerunt vt victi incolæ pristino more possiderent; tantum annui tributi nomine asinum auro probè onustum mitterent dominis ac victricibus Amazoniis: Et id quidem annis iam plurimis die stato factitatum est: Renuunt tandem Moroni, nuntiumque remittunt; aurum se quidem non tanti facere; modò ipsi, quod suum est, tempore suo petere dignarentur: sed vt amicum animal, manere apud

se

se discupiens, fustibus abigerent, inuitumque cogerent thesaurum suũ exportare, factum ipsis videri durius ac iniquius: ac præterea rem nimis ambiguam esse ac litigiosam; nam vbi asinus asino robustior est; si plus minusve hoc anno miserint, quam superiore, meritò cauillari posse Amazonias, se non iustum onus accepisse; præsertim cum ipsi sępius experti fuissent, miserum animal, cui in primo egressu ferendo videbatur, ante longi itineris exitum, oneri succubuisse. Responso hoc commotiores Amazoniæ bellum parant; inuadunt terram, & reluctante nemine, perueniunt tãdem armatâ acie ad Metropolin regni, *Pazziuillam*; re auditâ conglomerãtur ciues cateruatim, absque tamen omni & ordine, & armaturâ; hostes illico militari more se disponere ad pugnam, clamare, iacula torquere, irruere; Pazziuillani, cum vnum aut alterum è suis cæsos humique stratos conspexissent; in genua prociderunt supplices, plorarunt, obsecrarunt

&

& expostularunt; Quæ est hæc, inquiunt, crudelitas, ô Amazoniæ, pro vno asino tot homines tam violentâ morte afficere? cum vnus vobis asinus viuus plus profuturus sit quam mille cæsorum hominum cadauera. Habeat vnaquæque vestrum asinum autumque; Malumus nos sine illis viuere, quàm pro illis mori; Parcite modò, & abite. Desistunt demum precio precibusque victæ victrices; sed hac præterea lege, vt deinceps tota Moronorum gens vxoribus (quod regimẽ domesticum spectat) vltrò obtemperarent. Victi pergratum id sibi futurũ respondent; molestissimum enim sibi hactenus visum, & inuidiæ plenum, imperare.

CAP. 3.

Variana; vel, *Moron. Mobilis.*

Terra stultorum inconstantium.

VAriana, Orientalissima Moroniæ pars est, proxima Viraginię, de

de qua non quæres à me certi aliquid, benigne Lector; quo in ſtatu res illius prouinciæ inuenerim, reliquerim: ſatis quidem & mihi conſtat, & æque conſtabit tibi; at ſi tu huc fortè peregrinatus aliter ſe nunc habere compereris, præmonitus noli meam fidem criminari; ita enim omnia ibi noua fiunt indies, vt facilius poſſis certam Protei formam, Chamæleontis colorem, craſtinam cæli faciem prædicere. Quicquid arrogent ſibi Portugallenſes in regionum diſquiſitionibus ac longinquis peregrinationibus puto veteres Gallos meritiſſimò poſſe laudem hanc, vt ſibi propriam, vendicare: nam certè iſtic plurima inuenimus Gallorum veſtigia; ſiue locorũ nomina, ſiue legũ reliquias, vel denique numiſmatum ſpectes monumenta: Facies terræ multiformis eſt, & dubia; nam quæ paſcua læta vides hoc anno Floræ ſacra, proximo aratrum expectant, Cererique dicantur: quique pridem montes cælo minabantur, nunc cauam replen-

tes

tes vallem, ſuperbum cacumen viatoribus calcandum præbent. Flumina ſæpe nouos canales mirantur prioribus intercluſis ; eſt etiam vbi

Virgil. *Plauſtra boues ducunt quâ remis acta carina eſt :*

vndis interim incolarum aggeribus excludi adhuc immane frementibus, & alio in loco amiſſæ hæreditatis cõpenſationem molientibus. Vrbes hîc multæ, magnæ; ſed quarum & nomen & fabrica mutatur indies ; Harũ facilè princeps cùm ego huc primulum appuli, *Farfellia* dicta eſt; ante diſceſſum verò Senatorum edicto *Papilionia* nominata eſt. Vrbs rotatilis, ita vt hàc illàc, curruum more, pro ciuium arbitrio circumagi poſſit: Illam ferunt centies locum, trigeſies & ſtructuræ formam mutaſſe. Me illic hoſpitante iuxta fluuium *Sans-eauum* conſidebat iam ſtatim montem *Anylon* conſcenſura ; ſed & flumina quæque ſic gelu ferè aſſiduo conſtricta ſunt, vt opportunam transfretandi

Sans eau, ſine aqua, *Gallice: ſic Morus in ſua Vtopia fluminis Anydri meminit.*

di viam fugienti villæ offerre videantur: singulis mensibus facies vrbis noua est; sic enim structæ sunt ædes vt à se possint absque periculo separari; quam primum ergo fastidium istos cœperit viri aut vicinіæ, illico nouam sibi plateam, sedem nouam quærunt. Vrbis insigne olim Testudo erat domiporta, cum verbo sapientis Græci, *Omnia mea mecum:* nũc vero Papilio floribus variis insidens, pulchrique delectus nota verbum additur, VBILIBET.

§ 2. *Vestis ac mores populi.*

INcolæ plumis coloratis Indico more vestiuntur; quibus cum auiculas conspiciant contra vim frigoris satis armatas; his tanto se tutiùs munitos autumant, quanto ipsi tam imbecilli teneróque animalium generi antecellunt: situm tamen plumarum subinde mutant, vt nouum habitum mentiantur; adeo vt quæ manè verticem obumbrabat, iam ante vesperam

veſperam talos verrat; quæque modo genua, nunc altiùs poſita pectus veſtiat. Ducunt vxores, quas etiam pro tempore amant efflictim: dantque illis fidem coniugalis beneuolentiæ, veréque cuſtodiunt; donec vel illa diſplicuerit, vel ipſi alium viderint pulchriorem: tum demum coniuges non herclè inuitæ commutantur: citiùs enim illas cœperat maritalis thori faſtidium. Hoſpitẽ quemlibet vel non antea conſpectum tractant hodiè familiariſſimè, ac ſi perpetuũ inter illos amicitiæ fœdus initũ foret: poſtridiè autem velut ignotum prætereunt.

Vix quicquam volentes offerunt, quod non retractent ſecundo ſpiritu, antequam ſeriò promiſerint. Nihil promittunt quod non deierant poſtmodo antequam præſtiterint; nihil denique præſtant cuius non ducantur, ſerâ tamen, pœnitentia: Hodie nihilo vendunt, quæ vbi emptori placere inaudiuerint, cras magno redimunt: Leges condunt in annum: neque enim expedire, vt cum rerum conditio

ditio mutationum viciſſitudini obnoxia ſit, viuendi tamen regulæ eędem ſemper permaneant; quibus adde, quod cum δευτέρου φρονήσεις plerũque σοφωτέρου ſint, nimię profecto ſeruitutis eſſet, id ſemel decernere, quod cum poſtea expertis diſplicuerit, non poſsit vnquam reuocari.

§. 2. *Tumulus Vortunij, Antiqua Numiſmata.*

Hîc in agro *Muerio* propter viam, tumulus cernitur Vortunii cuiuſdam, non valde antiquus, minus elegans. Cui inſcriptum:

VIATOR

Mane, Lege, Ambula. Hîc iacet

ANDR. VORTVNIVS, NEC SERVVS, NEC MILES, NEC MEDICVS, NEC LANISTA, NEC SVTOR, NEC FVR, NEC CAVSIDICVS, NEC FOENERATOR, SED OMNIA: NEC IN VRBE VITAM EGIT, NEC

Cui ſimile Bononiæ eſt ad S. Petri, Aelia Lelię Criſp. monumentum.

NEC RVRI NEC DOMI, NEC FORIS, NEC IN MARI NEC TERRA, NEQVE HIC, NEC ALIBI, SED VBIQVE. NEC FAME, NEC VENENO, NEC FERRO, NEC CAPISTRO, NEC MORBO SVBLATVS, SED OMNIBVS. POSVI H.I. ILLI NEC DEBITOR, NEC HÆRES, NEC COGNATVS, NEC VICINVS, NEC NECESSARIVS HANC NEQVE MOLEM, NEC LAPIDEM, NEC TVMVLVM, NEC CASTRVM-DOLORIS: SED OMNIA, NEC TIBI, NEC ILLI NEC MIHI, NEC MALE, NEC BENE VOLENS, SED OMNIBVS.

Ad quartum ab vrbe Nouizza lapidem è puteo quodam effossa multa vidimus antiquiora numismata; paucula non pigebit in Lectoris gratiam descripsisse.

Quadratus hîc nummus erat, cui ex altera parte Ianus bifrons; ex altera ver. lapillus rotundus lævi quasi tabulæ insculptus videbatur vnà

vnà cum obſcuris literularum notis ERR. VAR. DVC.

Erat & rotundus, cuius pars vna togatum quendam referebat, mediæ ferè ætatis; dextra catelli venuſtioris capiti innixa, ſiniſtra librum ſemiapertum gerebat; pars altera Chamæleontem colorib. ſuis variegatum; & ſupernè ſcriptum erat CONST. LIP.

Tertius erat maioris, vt videbatur valoris, ouali figura; ex antica parte facie naſutâ, macilentâ, fronte redimitâ: ex altera Polypo piſce

subiacenti saxo & affixo, & adsimilato eleganter exculus, cui & verbum iuxtà positum *Pour Bon*. Authorem nec scio nec quæro; nec quid sibi voluerit homo sciolus satis capio: facile intelliget omnia Lector paulo magis gnarus antiquitatis.

Sect. 3. *Academia Variana.*

Senza Peso, Ital. absque pondere Lene.

IN tractu vallis *Senzapesiæ*, quod nullus expectaram, comperi quidem imaginem Academiæ, *Dudosam* vocant sui; in qua occurrebant mihi vmbræ philosophorum. Falleris quisquis istic lectorum cathedras; auditorum classes, scholas artium, rectores, pædagogos, leges, libros quæris; quilque sibi magistri vicem supplet, & auditoris: Collegii tamen

tamẽ hîc bina: Scepticorum vnum, qui nec oculis, nec auribus ſuis fidendum cenſent; nec id vnum ſtatuere audent, ſe nihil ſtatuere audere: ſurripe cuiquam iſtorum nummum, aut panem, aut pãnum (quod Lacidæ cuidam iſtorum contigit) ſtatim ambigit, num tale quid vnquã habuerit prius: Colaphum impinge (quamlibet iratâ manu) dubitat num acceperit, vel num ſe iam ſentiat accepiſſe: Alloquere, adſta, tange; audit, videt, ſentit, dubius tamẽ interea ne fallaces ſenſus mentiantur. *Diog. Laer.*

Alterum vero *Nouatorum*, illis *Trouerenſe*, forſan ab inueniendo dictum: Totos enim ſe dedunt iſti rebus nouis diſquirendis: nouiſque vrbium, veſtium, ludorum, geſtuum, rerũ publicarũ formis cudendis operã locant. Quiſquis iucũdius aliquod ludi genus, aut inauditã veſtis formã excogitarit, à duce pro dignitate rei promouetur. Qui Bullas primus ex ſaliua, & ſmegmate compoſitas è iuglandis cortice, inſufflato calamo

excitauit, non minus illic celebris est quam vel Bombardarum inuentor, vel Moguntinus ille Typographiæ author apud Europæos. Hi magno in precio sunt Aulicis, etiam & artificibus, Moroniæ præsertim Felicis, qui ipsorũ cõsilio vestes omnes concinnant, cõponunt gestus.

Quin & isti nouam sibi linguam fabricarunt; quam * *supermonicam* appellant magistri; solis doctioribus adhuc cognitam.

* *Mystica lingua Paracelsi, sic à suis nuncupatur. Cedurinus, Paracelso stupidus.*

Selectiora quædam vocabula in peregrinantium gratiam adtexere operæ mihi pretium erit; excogitata quidem nuperrimè, & nunc dierum illis vsitatissima, ne nimium fortè stupidus ac ipsorum lingua Cedurinus habeatur viator; qui ipsos alloquentes parum intellexerit.

Catologus vocabulorum quorundam Paracelsistarum.

Terra ipsis,	*Silo*	dicitur
Anima,	*Adek*,	
Quicquid intra cutem,	*Cohos*	
Pars interna diaphragmatis,	*Cooſtrũ.*	
Innata qualitas,	*Relloleum.*	
Naturale,	*Cherioniũ.*	Sal,

Sal, *Hal & Malek*
Vapor terræ *Leſſas*
Aquę commotio *Lorindt*
Mel Sylueſtre *Tereniabin* } *dicitur*
Halitus malus elementorum *Realgar.*
Principium, *Ilech,*
Supernaturale, *Ieſadach*
Vnguentum, *Oppodeltach.*
Deiectio ſtellarum, *Noſtoch.*
Iupiter, *Cydar.*
Succeſſiua generatio, *Dardo.*
Prędictio incertũ, *Erodiniũ.* } *dicitur*
Certum vero, *Eſſadinium.*
Puſtulæ, *Bothor.*
Malus ſanguis, *Caſſatum.*
Mãcus vel mutilus, *Artetiſcus*
Gibbus, *Naſda.*

Sed magis adhuc miranda mihi videbantur mineralium nomina & ſpirituum.

Sulphur, *Chibur* vel *Alcubrith*
Argentum viuum, *Azoth, Sibar Vnquaſi, Miſſadan.*
Stannum rude, *Wiſmadt.*
Mercur. præcipitatus, *Diateſſadelton*

Metallũ ferro simile, *Robolt.*
Liquefacti denique metalli materia *Blachmal.*
Ferrum, *Edir*
Mercurius, *Missadar, Zaibar,*
Aurum minerale, *Chifir, Fido*
Cuprum, *Melibæum.*
Vitriolum, *Colcothar.*
Compositio ex coralio & carabe, *Dubelcolep.*
} *dicitur*

Habe etiam & spirituum appellationes, qui istis familiarissimi.

Bonus dæmon, *Euestrum.*
Spiritus boni, secreta reuelantes, *Zeninephidei.*
Spiritus ignei, *Trifertès.*
Spiritus aërei, *Nenufareni.*
Lemures, *Caballi.*
Spectrorũ actiões, *Trarames*
Spiritus minerales, *Operimethiolim.*
} *dicitur*

Imagines impressę *Gamohæa*

Illud nomen natiuum est Paracelso.

Præfectus Collegij erat *Bustius Hohenheimius* pręcipuus nouę linguæ architectus: Haud scio tamen num hęc noua huc vsque obtinuerit, an

an locum cesserit alteri, cuiq; fortassis nuperius; Quicquid erit, liberaui ego fidem præmonendo.

CAP. 4.

Aspera Moronia.

SVb ipso polo in Australis terræ extremo apice *Aspera Mor.* locum sortita est, regio montosa, petrosa, gelu perpetuo constricta: quippe quę cælo fruitur sicco, & frigidissimo. Rupes hîc ferrea est, respondens per omnia magneticæ, quæ sub altero polo perhibetur: quæ ratio est ignota nautis & Geographis, quod in tabulis nauticis postea quã semel Æquinoctialem transnauigaueris magnes ad Australẽ se polum potius cõuertat. Duos sub se Ducatus continet amplos herclè magis, quàm felices, *Lyperiam*, quam alij *Maninconicam* terram nuncupant, & *Orgiliam*. *Terra stultorum Melancholicorum.*

Sect. 2. *Lyperiæ dux, populus.*

LYperię dux *le Grãd Chagrin* à suis cognominatus, homo morosus tetricusq;, populo præsidet sui quidẽ non minus simili quàm à reliquis

Moronis discrepanti: Palatium illi ingens *Cordolium*, è gagate magnificè constructum, in cuius vestibulo rubris characteribus exaratum est,

Rauzouianũ carmen in sacello quodam, prope Sigebergam.

Merentum locus est; procul hinc discedite læti.

Incolæ plerique hispidi, macilenti, inculti, colore fusco, crine nigro, cute durâ & asperâ, fronte toruâ, neglectâ veste, vultu tristi, oculis cum stupore quodam fixis, nec se facile mouentibus, introrsum vero demissis, ac veluti in cauis maxillarum tumulis iam diu sepultis. Nemo vrbem heic quærat, aut pagum; incolæ soli semper habitant, leporum more, vitamque degunt plane eremiticam; partim quod ita naturâ suâ suspicioſi ac meticulosi sint, vt proximos non ferant; partim quod Edicto Ducis cautum sit ne quis aut intra conspectum alterius domi, aut intra certa milliarium spatia ædium sibi poneret fundamenta: Rarissime quidem exeunt siue id propter densissimas tenebras; quæ hîc ferè perpetuæ

petuæ sunt, siue decreto Principis fiat, seu sponte sua potius, quod se domestica solitudine malint oblectare. Rarius tamen obuium quempiam salutant vel alloquuntur: sic enim se habet Legis suæ sententia: *Antequam necessum est ne prodeunto; neminẽ in via,* nisi die Iouis, salutãto.* Adi quenquam istorum, pulta fores; serò respondet hospes, & iracunde; quippe molestissimè ferunt noui hospitis adspectum. Quæris quid agant, vel quo tandem modo ætatem terant? Sanè, imaginando, & fingendo nunquam facta, nunquam futura, credendo quæ finxerint, prosequendo quæ crediderint; quæ ratio est cur ita horreant aspectum, nolintque interpellari.

* *Obseruatum hoc sedulo est hodie a Monachis Carthusianis, & eadem lege cautum. His similia quære in Hospitio stultorum melanchol. a Baron. scripto.*

Alius se iam diu mortuum putat, seque velut frigidum cadauer imo in pauimento protensum sternit: siquis forte domesticorum appropinquârit hominem sciscitaturus, inuolat huic in faciem, Necromanticum ratus, qui secretâ carminum vi animam prius

Idem ipsum de Pisandro quodam Cæl. Rhodig. lib. 9. 26.

prius exautoratam ex inferis reuocauerit, & iam velut vmbra vagatur hac illac, sperãs non posse se deinceps humanis sensib. comprehendi: accurrat quis suorum, rapiatque, & catenis (vti opus est) vinciat, hunc vnam ex Furiis iudicat à Plutone missum, vt animulam sibi nuper ereptam repeteret; domumque suam, quam olim tumulum sibi finxit, nunc Infernũ ratus, eo magis perhorrescit. Alius se talpam imaginatus, degit in cubili subterraneo, vermes venaturus, rostroque probè calceato terram suffodit; vbi vero aliquis illum insequutus, vel acicula pupugerit, statim (prorsus enim sibi videtur more talparum cæcutire, vt neque virum, nec ferrum dignoscat) furcâ ratus talpariâ transfodi se, exclamat miserè, seque parat patibulo. Alius Atlantem fingit graue cælorum onus sibi imposuisse; stat ergo immobilis, suspirans sæpissimè, & nunc tollens humerum, nunc deprimens, & postquam diutulè sub ficto hoc onere sudauerit, vbi quis suorum magnum

num cæli tibicinem ad se traxerit moueritque loco, procidit is in faciē, mundi ruinam patrum interea tacitus, impatienter exspectat; increpans homunciones imprudentissimos ita prodigos suæ salutis, & orbis vniuersi: Alia Megæram se opinata, vel Furiarum quampiam, terret hospitem fæuis gestibus; capillos suos totidem angues quatit, sibilat, & vngues intentat aduenientibus: nacta vero catellum aut soricem excruciat quantum potest; animamque se peccatoris torquere rata (quod Aiax olim insaniens Atlantibus fecisse dicitur) pœnis & querelis miseri animalis semet admodum consolatur: Altus nasum sentiens vltra modum excreuisse, lora consuit, quibus more Cingaris Merliniani à tergo reuinctum excipiat: Alius argillaceus sibi totus videtur, vitreusve; procul ergo deuitat obuios, veritus ne si forsan in quem violentius impegerit, illico confringatur. Ita nemo horum est qui non se alium comminiscitur.

Mer. in. Ceecaius in Macaronicis.

Sectio

Sectio 3.

AB Ochietto monte Larmium salsum flumen oritur, rigatque maximam huius prouinciæ partem: sed & regionem hanc totam pertranseunt montes *Traurigij*, vt Italiam *Apennini*, qui horrorem fere incutiunt dirâ quadam solitudine; nihil enim hîc conspicies præter vrsorum antra, & tuguriola sagarum. Abundat istic vtrumque malarum bestiarum genus; vrsus, animal vere melancholicum, per hyemem totam in obscurissima cauea delitescit, pedesque sibi lambendo, viuit. Sagæ, decrepitæ aniculæ & impotentes, gramosis oculis, attritis dentibus (vt olim Cæcilius) quæ omnia se posse putant, vel tantillum mussitando, ciere tempestates, riuos sistere, mederi morbis, excitare mortuos, ipsæ tamen interim præ mera fame moriuntur. Montium istorum latus vmbrosum operit *Bubonia sylua*, spectris (vti ferunt vicini) perpetuò infestata, ac mortalibus

libus inuia; Lycanthropicos per hanc syluam passim discurrentes videbis, territusque plus satis, ni istorum morē vocisque fraudem prænoueris, audies vlulantes. Sed & in valle *Gramia* montibus hisce subiacente, oberrant plurimi, quos princeps sagarum *Melæna* in Leones asinosque transformasse dicitur; ita tamen, vt humanam illis & vocem, & faciem concesserit. *Melanchol. asinina, leonina.*

Sect. 4.

OMittendum non est inter reliqua, quod in hac regione celeberrimum est, in latere niuosi montis, & excelsissimi *Traurigiorum* & vltimi, antrum *Maninconicum*, aliis, *Antro del Pianto*. Vestibulo quidem angusto, & cærulea glacie concreto, intus vero, vt ex sono licet coniectari, tractu valde spatioso. A limine pendent stiriæ grandiores, quę velut dentes totidem in horridissimis speluncę faucibus videntur induruisse: Hîc fama est raptas melancholicorum animas, intensissimo frigore torqueri:

ri: Quisquis ori appropinquauerit introspecturus (quod vix quisquam prudens facit) humi sternitur exanimis, ibique cadaueroſum corpus reditum animę cruciatissimę præstolatur: sed qui aurem admouerit terræ vel aliquantulum remotiori, quæ suspiria, & siue catenarum siue stiriarum decidentium clangorem inaudire sibi videbitur? At qui in aliquâ montis huiusce parte somniauerit (quod ego audaculus homo expertus sum) Deus bone, quales Chimæras, & Tragelaphos, Centauroſque & mille stupendas monstrorũ formas non sine horrore quodam conspicie!

CAP. 5.

Orgilia, alter Ducatus Asperæ Moroniæ.

Terra stult. Cholericorũ.

VIcina huic *Orgilia* est; terra arida, arenosa, sterilis; quæ gentem producit iracundam, furiosam, rabidam, statura cæteris minorem, pallidâ

lidi facie, crine rubro, oculis scintillantibus, trementelabio, incerto gressu, sed plerunq; concitato. Huic praest *Dux de Courroux*, tyrānorū omniū & exemplar, & Coryphæus; Mirabitur, nec credet Lector narranti quid ille iubeat, quid agat, quamque impetuosè, quò redigat suos, quomodo plectat. Celebris ille quondam Russorum tyrannus mitis homo ac mansuetus præ isto mihi visus; & qui primorum Cęsarum, imo & Patagonū cruoris sitientissimus. Quin & istic forsan hæsitabit incredulus rerum indagator, explorator terrarum, neq; (cum cæli ingenio soleant incolarū mores conformari) sibi sinet persuaderi, regionem hāc polarē pro loci situ intēsissimè frigidā, tam plus satis calidæ ac cholericæ prolis matrem vnquā extitisse. At nouimus, sat benè philosophi, eo verisimilius hoc ex ἀντιπερίστασει posse fieri, quò cælum frigidius; neque illud quisquam stupere poterit, qui nouerit Africā regionum torridissimā gelidiss. serpentes generare, & in fornacibus

Cypriis

Mercurial. Var. lect. Georg. Agric. lib. de subterraneis. Non naturalis bilis qua, duplex est; λεκιθώδης, πρασοειδης, ἰώδης, ὑδατώδης, qua colore glastũ imitatur

Cypriis vulgo creari muscas, quæ suâ frigiditate ignem extinguant. E media regione aëris fulgura torqueri ac tonitrua; hanc denique terrę molem ex igne subterraneo; aucto quidem ex ambientis corporis frigiditate quassari hàc illàc, penitusque commoueri. Nunc ergo suffragante philosophiâ fidem & spero mihi, & arrogo. Vbi quatuor præcipuæ sunt prouinciæ istius partes, *Lecithia*, *Prasinia*, *Iodia*, *Glastia*: singulis & habitus & color suus est; *Lecithenses*, pallido & cinericio; *Prasinenses* viridi; *Glastij* liuido & cæruleo; *Iodij* rubicundo colore & tincti incedunt & amicti. Nemo horum prodit vnquam non onustus armis; vt cui vestis parum fortasse suppetat, nullum tamen armaturæ genus sit defuturum: idem homo non maximus quasi conductitius Martis baiulus, dextro quidem humero bombardam, sinistro fustem, ex altero latere gladium, pugionem ex altero, arcum pharetramque à tergo gestat

qua-

quaquà proficiſcitur: quiſquis obuiam venit eunti, ni procul cedat viâ, ad pugnam ſe paret, vel ad mortem neceſſe eſt: Rarum iter eſt ſine vulnere, aut cæde: & quem ſemel interfecerit quis, voraciſſimè dilaniat: veſcuntur enim crudâ carne ſemper, ſæpius humanâ, quã inter dapes maxime opiparas numerant, epotoque cruore madefaciunt. Leges ibi nullæ; vi & armis omnia decernuntur: Iniuriam paſſus aut vlciſcitur, aut ſuccumbit; vnicum hoc valet petitum ex antiquo iure, *Vince & Fruere*.

Duello licet vel vindictam petere, vel ſuum repetere, vel rapere alienum; quod ſi plures concurrerint, miſcuerintque lites, qui ſuperuenerint, fiſco addicuntur, id ſcilicet à duce decretum eſt aſtutius, vt & coniurationum ſemina opportunè præcaueret, & ſub hoc prætextu menſæ ſuæ honeſtius fercula procuraret. Sedes Ducalis *Tarocchiũ eſt, vrbs ingens, ſed lignea tota, quam nec ex a-

* *Garzonius Diſcurſ.* 13. Fatuos furibundos, *vocat* Da Tarocco: *hinc nomen iſtud.*

lia materia ſtrui ſinet tyrannus, ne non ſatis commodè poſſit (vbi ciues deliquerint) pro ſuo arbitrio incendi. Nemo hîc habitat præter fabros ferrarios, carnifices, Lanios; in quorum officinis propendent pernæ humanæ, non ſecus ac apud nos ſuillæ aut vitulinæ. Hanc lambit *Zornus fluuius* rapidiſſimus, quem aiunt hyeme mediâ pro more fontium incaleſcere, & halitus edere maleolentes: Iuxtà, Tyranni aula eſt ardua quidem & excelſa, monti prealto ſuperædificata, quem ipſi *Calauernium* vocant, feruntque ex cranijs humanis congeſtum ad hoc tandem faſtigium creuiſſe; lateritio illa tamen & alto muro circundata: viuit enim ille ſemper dubius ſuorum fidei, mauultque ſuis ferratis portis quam ipſorum amori & obſeruantiæ confidere. Stipatum hunc ferunt decem millibus carnificum, qui omnes huius & iræ inſeruiunt, & palato. Si quis peregrinus rerum igna-

ignarus huc fortassis appulerit, statim res fisci est, apponiturque Duci cœnæ caput; quo genere non minus delectatur ille, quam nostri quâlibet aue rarâ, vel pisce; nec minus studiose carnificum opera hanc sibi prædam disquirit, quam Vitellius olim Phœnicoptêrum linguas, & lactes murænarum: Æthiopes illi turdorum loci, nostri vero coturnicum: agitur tamen cum illis benignius qui tantum animi gratiâ palatique, nec ob crimen aliquod commissum, trucidantur: Non secus enim ac cum Eurydice Olympias egisse fertur, dat illis optionem εἴνος σφάκτης potestatemque quodcunque mauelint mortis genus eligendi, ferróne perire malint, an capistro. *Sueton. Vitell.* *Diodorus Sicul.*

Huius in Palatio nihil tam celebre est quam Sacellum Inquisitorium, ipsis *Sancta Carniceria*; ædes sacra Furijs ac dijs infernalibus; quorum omnium statuæ è Gagate & Coralio horribili

figurâ sculptæ, & visuntur, & adorantur.

Hîc omnia cernes & cruciatuum genera, & mortium; Centum patibula, nec pauciores rotas Ixioneas, secures, gladios, furcas, funes, fustes & semesas ærugine Bombardas; vt satis constet istis (priusquam vel Europæis vel Chinensib.) machinæ huius lethalis vsum innotuisse: Mille hîc fumant altaria, igne perenni, in quibus indies litatur Inferis, & Duci: Animis enim Furias, cadaueribus vero Tyranni ingluuiem quotidianis Hecatombis placare student; cruoris quod supersest arte quadam suâ rarefactum, ne tanto tempore congelascat, dolijs quibusdam, instar vini Massici Falernive, Duci post multos annos propinandum, asseruatur. Fons Sanioſus, *Di Marza*, per mediam currit Libitinam, alluitque fœdatum sanguine pauimentum.

Incolæ semper ferè cursitant in via, semper anhelant, sudantq; : Duo hîc

hîc miraberis Lector. Neminem videbis non aut mancum, aut mutilum; inter quos ille demum formæ palmã obtinet, cui facies maximè fuerit cicatricosa: senem hîc videbis neminem; vix enim cuiquam contigit horum ad mediam vsq; hominis ætatem supereſſe.

In mediâ ferè regione Palus eſt *Coledochia*, non minor profecto illâ Mæotide, nec ignobilior; cuius aqua colore flaua eſt, ſapore amariſſima; Exundat iſta ſæpius, ſed incertis temporibus, riparumque oblita per magnam Orgiliæ partem furibunda vagatur: quantumque ſoli tangit vndarum profluuio (quæ ſulphurea illi natura eſt) non ſecus ac deuius Phaëthontis currus comburit; Iam tum vaſa ſibi implent accolæ; credentes hoc liquore crebrius hauſto acui ſibi animum, & ad quiduis audendum concitari: Sed caue fallaris Lector; hæc ego auditione accepi ſolâ, non auſus intueri coràm; memini quid Gallus ille olim toties mihi à nobi-

Hoc nomen eſt veſiculæ bilis receptaculo.

lissimo, ingeniosissimo Baconio inculcatum, *Il faut menager la vie*: Aspera nimis erat hęc Moronia, quam vt me ferret hospitem; Mansi ego saluâ & bene curatâ cute Pazziuillæ; satius mihi ratus in hoc negotio, credere quàm experiri.

CAP. 6.
Moronia Fatua.

NVlla Moronię pars tam antiqua, vel tam numerosa est quam hęc, quæ *Fatua* vulgo nuncupatur, cuius incolæ Aborigines se *Moronos* venditant: hęc itaq; non aliter regionũ mater audit, quam vrbium Pazziuilla, ac proinde in medio quasi tam lepidi corporis vmbilicus locum habet. Nã ab Austro *Aspera Moronia*, ab Oriẽte *Mobilis*, ab Occidente *Pia*, à Septẽtrione *Felix* hanc mediam cingit quaqua versum: Pars Australior *Scioccia*, magis ignaua est, ac pituitosa; illa quæ Aquilonem respicit multo & operosior, & rerum agendarum peritior.

tior. Ni teſtis oculatus fuiſſem morũ factorumq; ſtupidiſſimæ gentis, non credidiſſem herclè naturã tam brutis animalculis rationem, diuiniſſimum munus indulſiſſe. Omnes.n. illa in parte quæ Maninconicam Moroniã attingit, more quadrupedũ incedunt proni, nec (quæ illis mira ſimplicitas) aliud genus ingreſſus cognouerunt. Ne tuguriolum hîc vllum cernes, partim quod ipſi domũculas ſibi parare neſciant, partim vero quod ab alio ſtructas ingredi non auſint, ne tecti ruentis mole ſupprimantur. Multi hîc quotannis præ mera inedia ac frigore moriuntur; quippe qui nec cibum coquere, nec veſtem concinnare, nec ſternere lectum, imo ne congruè quidem eloqui norint: Nemo parentem ſuum nouit, aut filium, aut vxorem; nemo redeundi viam quâ prius egreſſus eſt, nemo vrſum ab oue, leonem à catello diſtinguit: Imo ſunt qui ignorant quâ tandem via cibum ſibi paratum ſtomacho ingererent, per nareſve

an per aures, aut si quod aliud minus aptum foramen. Denique; nec enim hîc libet immorari; finge tibi quoduis Arcadicum pecus humanâ donatum specie, habes germanum *Sciocciæ* indigenam.

Sect. 2. *Baueria.*

Terra Nugonum.

PArs reliqua *Baueria* ingeniosior est digniorq; ,& viatoris pedibus & oculis fastidiosi Lectoris: Populus enim sagaciſſimus sibi visus, rerum omnium causas subtilius indagatur, nec nisi altius petitis rationum momentis acquiescit. Ab incunabulis monoculi sunt omnes; quippe statim à partu oculus alter velut superfluus eruitur: quod clausâ semper alterâ palpebrarum, & distinctius cernamus & intentius: pars nuda incedit, vt induendi & exuendi parcant labori simul & tempori; pars tecta sibi parat, sed absque septo vel pariete, vt ædes eo magis sint perspirabiles, ac proinde salubriores: Pars nidos sibi struunt auicularum more altiſſimos, vt cœlo sint viciniores; Omnes

&

& opinionum & operum ſingularitatem quidam mirè ſectantur : Horum quidam auram captantes popularem, vix profecto credenda moliuntur : nam quoſdam videbis capite incedentes ac brachiis; alios aliis plumiſque cerâ iunctis inſtructos audaci volatu, alites, Dædaleo more, imitaturos, vt *Calain* & *Zethen* Argonautarum ſocios ab inferis putares ſurrexiſſe.

Alios vt Theſſali quidam Veneti ſolent, prodigia naturæ artiſque, vnguenti, aut aquę, aut machinæ alicuius ſtupendos effectus hianti popello glorioſius oſtentantes : Alios denique arte pol bene lucrosâ è viliſſimo metallorum, aurum educentes : Rideres profectò horum operoſam ſtultitiã, ſpem toties eluſam, toties redintegratam : Ex iſtis quoſdam audio adiiſſe pridem oraculum de tam dubio difficilimi negotii euentu ſciſcitaturos, quibus illico Pythius, *Trauaillez*; diſcedunt alacri animo conſultores, ſibique iam annuiſſe deum gloriantur;

Mountebanks.

Recitat decantatum a plebe rhythmum Libanius, in hanc ſententiam.

Alchymia est ars sine arte; Cuius scire est pars cum parte; Medium est strenuè mentiri; Finis mendicatum ire.

gloriantur; perdantque iterum ac denuo repetitam operam, & cum opera facultates, nec intelligunt se tēpestiuè à præscio numine admonitos, vt Vulcaniâ hac fraude iam sero spretâ, marræ insudarent ac ligoni.

Sect. 3.

Vrbes Moron. Fatuæ scilicet. Baueriæ: Metrop. Pazziuilla.

PRima hîc omnium occurrebat mihi *Duricoria*, vrbs non contemnenda, quæ tamen nihil habet quod moretur viatorem: huic proxima* *Pratensis Villa*, Senatorum prudentiâ nobilis; qui non ita pridem cælo nimboso pluuioq;, de arcendo imbre cōsilium inierunt; Alius pulsandas monet vrbis totius campanulas: Alius, (quod Italæ mulieres solent vt ingruentem auertant tempestatē) diri odoris pabula sub dio cōburenda: Tandē grauissimus huius ordinis surrexit; suasitq;, vt quicquid in se nubes complecterentur aquę, destillare sinerent; nec dubitare se quin hoc pacto pluuia

*Villa & Historia italis bene nota. Moresin. de orig. Relig. Pap.

uia sit tandem sua sponte cessatura: sed vrbium omnium domina Pazziuilla est; sita quidem partim in planitie vliginosa, & palustri, partim vero in montis editioris latere; ita vt pars vtraq; aquilonari vicorũ descensu continuetur; procul ab omni nemore, ac fluuio; Montosa pars valli niuem suppeditat, vallis monti aquam in puteis stagnisq; diutius reseruatam. Portas habet sedecim, quas eo consilio struxisse aiunt fundatores, vt quadruplo ditiorem aliis haberẽt ciuitatẽ. Formâ non rotundâ, non ouali, vt vrbes aliæ; sed mediâ inter cylindricam, & inuersam pyramidalem; planè ad effigiem humani corporis composita: Nemo hanc formam mirabitur ilicet, qui nouerit Belgium Leoni, Peloponesum platani folio, Italiam tibiæ mortui hominis, corio bubulo Hispaniam, vtramque peninsulam orbis Atlantici piscium pulmonibus, Asiam crocodili pelli assimilata: vt simul ac istã videris, Colossum aliquem humi stratũ, vel Prometeum

Caucaso

Caucaſo illigatum, te à longe putares conſpicari. In ipſo montis vertice forum collocatur; quippe quod caput vrbis eſt, ſenſumque & vitam reliquis adminiſtrat; quæ res quantum laboris faceſſat baiulis; dum ſupellectilem quamcunque, præſertim dolia maiuſcula, vino vel ceruiſiâ plena contra decliue collis dorſum impellunt, coniectare Lector, & ride: videreris tibi centum videre Siſyphos, vano niſu ſaxum prouoluentes; qui fortaſsis vbi ad vmbilicum vſque montis, magno conatu anheli ſudanteſque aſcenderint; alterius dolii decurrentis impetuoſiſsimo concurſu, non ſine periculo repelluntur. Hîc habitant grauiſsimi ac honoratiſsimi ſenatores, qui hinc velut è ſpecula totam vrbem commodiſsime poſſunt intueri: Ceruix huic adiuncta eſt viculus breuis & angustus, Lictorum ſedes & Bedellorum: Inſtar ſcapularum, brachiorum, ac manuum; ſunt vtrinque vici duo, quos occupant artifices pauci quidem illi, nec nimi-

nimium periti. Pro trunco huius vrbici corporis platea latior paulo & excelsior, hospitiis destinata, quæ ad lumbos vsque porrigitur: Etiam ipsa pars quâ sedemus, pulchrè videtur referri depressiore montis loco, vbi cum planitie paulatim coniungitur. Lenones hîc habitant, lupæque, & quotquot vrbi mundandę dant operam, cloacarii: Crura & pedes binos ad mediam vallem protensos baiuli sortiuntur, ac viatores: Ædes ad vnã omnes carent fundamento; quippe aiunt se malle lapides effodere, quam sepelire: Ædificia sibi struunt excelsissima Senatores, vt quô cælum propius attigerint, eo magis incalescant, & inferiorem hanc terrę aerisque inclementiam effugiant. Nullam non domum cernes probè pictam vtrinque; & maiorum omnium præsertim, imo & hospitum nominibus inscriptam.

Muro biancho charta di matto.

Sect. 4. *Senatus Pazziuillanus.*

ME illic agente, consilium cepe-
runt Senatores, quibus potissi-
mum

mum modis ad vrbis siue dignitatem, siue amœnitatem, seu denique securitatem fieri posset accessio: Alius aliud suasit, pro sua quisque facultate, & prudentia: Primus quidem mare illuc per multa milliaria, perque medios montes ciuiũ industriâ deducendum: cuius proximitate vrbes alias mirũ in modum ditatas ipse animaduertisset. Surgit alter, ac moros à fronte renuit, neque fidendum ait tam fero voracique elemento: cuius perfidis fluctib. multæ præclaræ ciuitates absorptæ fuissent. Alius ergo miros suadet aquæductus, ab imâ valle per tubulos quosdam petendos; quod non dubitat facilè posse fieri, cum aquam sæpius viderit sponte sua è puteis ebulliisse; seque, quod nihil habuerit quo in spatium angustius coarctarerur per totam planitiem diffudisse: quodque è contra cum pluuialis aqua de summo monte descendat, vnda vndam propellere soleat & præcipitare; idem proculdubio factura sit ascendendo. Alius monte

nouo

nouo aliquanto altiore cingi vrbem mauult, ciuium manibus è subiacente valle eruendo; cuius quidem consilii quadripartitam rationem attulit. Primò, ne totum orbem testem haberent Pazziullani, quid in vibe, præsertim à senatoribus, geratur; dein vrbis & muniendæ causâ & augendæ; ac denique propulsandi frigoris: quo facto, pontem vult è solida firmâque materiâ altissimum exstrui, qui à prioris montis cacumine ad alterum vsque porrectus, & ambulationibus inseruiret, & vecturæ. Exsurgit alius ac subridens, rogat quomodo tandem vallis montem posset parturire; ac præterea vt hoc posse fieri concederetur, pontes maximè omnium patere periculis; nam si tantillum laberetur iumentum vel viator, ne salus ipsa seruare illum posset, quin extemplo pereat necessum sit; plerunque etiam (quod peius est) non sine brachio aut crure miserè confracto: Malle se aliquid conulere quod plu-

plurimum secum ferat dignitatis, nihil periculi, nec multum laboris: Quocirca si beneuoli ciues sibi monitori auscultarent, id sibi longè optimum videri, vt vnaquæque domus pro mole suâ pyramidem sibi altiorem erigeret, cuius apici summo gallus æneus argenteusve, aureâ cristâ insignis, quauis aurâ versatilis insideret; in vnaquaque pyramide horologium collocaret; singulis horologiis campanulam adiungeret; nec dici posse, quam elegans ac iucundum spectaculum, tam frequens excelsarum pyramidum series aduentantib. peregrinis videretur, quámque per horas aurem deliniret tot tintinnabulorum iugiter sonantium harmonia: Acclamatum est vno statim ore tam commodæ, facili, graui petitęque altius sententię; vt iam deinceps hospes quisquis, mea sequutus vestigia, illô fueris in posterum peregrinatus, vrbem sis longe elegantiorem cultioremque inuisurus.

Sect. 5. *Spesius tractus.*

Spesius

SPesius tractus huic adiacet olim ditissimus; in quo nil celebre vidi, præter *Saltum Actæonium*, *Cubæam*, vrbem octangularem, & *Milanam*: Incolę bonorum certè omnes profusissimi sunt, viasq; excogitant quicquid habent ingeniosius prodigendi; quidam enim cani venatico, alij vero accipitri, aut miluo; alij cubo eburneo chartæue pictæ ampla insumunt patrimonia; imo vbi sola vestis suppetit, hanc vel hastæ subjiciunt, vel deponunt collybistæ, vt habeant quo voluptatem suam instructius insequantur. Sed regio hæc num ad *Fatuam Moroniam*, an *Felicem* pertineat, mihi quidem incertum est. Penes quoscunq; fuerit olim, stat mihi ante hunc diem veteres migrasse colonos; & si quos hæc regio iurisperitos aluerit, vel fœneratores, iurârim terram sanè pulchram & fœcundam, istos diu abhinc nouos dominos salutasse. Vbi nihil superest, vel quadris victitant alienis, vel de publico forsan aluntur. Celebre

Terra stulti prodigorum. Tria præcipua prodigalitatis subiecta, Canis, Alea, Accipiter.

hîc est *Azotium promontorium*, Asylum miseris debitoribus; quò confugiunt quicunq; foro infeliciter cesserint; nouimus & vbi qui soluendo sunt satis illuserint istic mœstis creditorib. qui si forte fugientem huc fuerint prosequuti, & ab ara retraxerint inuitum, rei iam læsę religionis, à summa quidem arce præcipitantur; Hîc parentes etiam superstites, nostris (vt videtur) indulgentiores, filijs vix dum adultis integrum demandãt patrimonium; & moribundi vxoribus pleriq; rem totam familiarem, agros, supellectilem, neglectâ prole, legare solent: quòd si illæ vitam priores excesserint, tantum insumunt funeri, quantum filię elocandæ inseruiret.

Moresin. Sc. in lib. de Origin. rel. Pap. hoc idem de Britannis.

Sect. 6. *Lisonica gens.*

Terra adulatorum.

PRo vestibulo Felicis Moroniæ sedet *gens Lisonica*; omnium quas vidi prodigiosissima; bifrons, bilinguis; ex antica parte simiam, posticâ canem referens; vt ex homine, cane, simiâ tota composita videatur: Hîc fidem mihi faciet grauis author *Munsterus*,

sterus, qui ex altera saltem parte Indos quosdam hac formâ descripsit: Nata quidem ad seruiendum: pars maxima se generosioribus vicinæ gẽtis volentes vendunt aut emancipant: Etsi vero tam stupidi sint, vt nihil ipsi possint laude dignum excogitare, optimè tamen norunt quicquid vsquam viderint imitari: nec quid aut induunt, aut agunt, aut loquuntur, cuius exemplar sibi aliquod non proposuerint; me illic agente claudicabant altero pede omnes, & inter incedendum vsque screabant; eò quod præfectus Lisoniæ *Ciniflonius*, crus sibi fregisset pridem, & catarrho diuturniore laborasset. Horum pleriq; tonsores, sartores, pararij, vel denique lenones sunt; sunt quidam, vt aiunt, inter hos & aulici, habitu non contemnendi: nec quis profecto Hispanorum mimus est, præ istis Lisonicis. Alloquere & intuere quempiam; Is incuruato prius genu & exosculatâ dextrâ, vltimam clausulæ vocem reduplicat, vultúque

O imitatores, seruum pecus.

renidens, quicquid tibi gratum fore retur, blandè regerit; non tamen sine immensa titulorum congerie: osculo dein altero claudens sibi labia, pendet ab oculis tuis, anxius vt tibi responsum arriserit. Tu modò istis annue, & perge fari; quicquid dixeris, velut oraculum datum diuinitus in tabellas refert, cœlum suspicit, téque pronus veneratur. Deum non agnoscunt isti præter illum, cui se addixerint in seruitutem; hunc aris, geniculationibus, precibus colunt supplices: Hæc omnia altero quidem ore fiunt: sed nullum vnquam ex hoc ore verbum egreditur, quod non interea altero (canino scilicet) clanculum retractetur: Hoc in tractu offert se prima omnium *Loueriu̇m*, vrbs alta & spectabilis, sed tam parum solidè constructa, vt sperare nequeat diuturnitatem: Bugio flumine & ditata plerunq; & aliquando etiam submersa: & vicina huic *Babillarda*, villa stridula, cuius incolæ nunquam tacent: Assurgunt hinc mon-

montes, seque ipsi exuperant vsq; ad *Chatouillam*, pagum sanè inclytum, cuius incolæ nunquam non rident: coniungitur huic amœnissima *Piacentiæ planities*, quæ demum in *Pipuliam* desinit paludem: illa rursus in *Verguensam* infame oppidum; quo exulant malefici omnes, & quos vocant, *Medrosi*.

CAP. 7.
Moronia Felix.

MOroniaverè Felix, siue amœnitatem siue opulentiam spectes, Australiorum regionum facilè principatum obtinet; quod si quantum præ se fert diuitiarum, tantum reuerâ possideret, vereor ne huic Aquilonari etiam orbi palmam præriperet; sed istis mos est, & quæ non habent simulare, quæque habent ostentare glorioſius: E longâ & latâ montium serie, planities continua fit per milliaria Germanica 60. protensa, quæ situm præbet Felici Moroniæ

Terra Thrasonũ; vel, stultitiæ glorioſæ.

longe quidem iucundissimum; cuius imis pedibus oberrat *le-Sain* flumen spectatissimum, & ferè totam cingit. In decliui fronte collis tam pulchrè continui, facilè concipiet Lector, quanta cum amœnitate spargantur vrbeculę; ex alterâ parte vallem despicientes florentissimam, riuo certè perquam elegante pererratam; ex altera æquabili pascuorum agrorumq; tractu satis ædepol spatioso septæ commodissimè: Vrbes hîc non tam frequentes, quàm altæ nitidæque, fabricâ tamen valde tenui; & quicquid externo splendore pollicentur, intrinsecus nimium sordidæ: Hîc quâ parte Rodomantadij colles inæquale dorsum viatoribus calcandũ præbent, *Vantarole* vrbs est, quę & *Salacona* dicta est; superba ædificiis, sed ad mendicitatẽ indiga: vicina huic *Menosprecia*, lutosa mehercle villa, cui nomen merito cõcesserit illa Parisiorum. Ab hac non multũ distat rupes altissima, & notissima *Derrumbiada*, non multum absimilis Peccanæ illi apud

Cic. ep ad M. Fab. Gallum.

The Torre.

apud Anglos, cuius pars summa solo æquabili cõtinuatur; descensu tamen adeo recto ac præcipiti, vt si ab alto despicias, læuis saxorum superficies turris editissimæ, humanâque operâ politæ latus referre videatur: Multis funeribus funesta rupes: vt non plures crediderim è saxo Tarpeio cecidisse. Alteram orbiculi huius Moronici partem occupat *Antoia* vrbs, incendiis ita nimis obnoxia, vt ne vetus Roma tam sępe flagrauerit: quod partim ex ciuium negligentiâ, partim ex ædium oleosa materia euenire credibile est; & vicina huic *Putaniũ*, quam alii *Villam Vitiosam* appellant, è silice cæmentóq; durissimo structa: Dein propè ditionis Vcalegonicę fines, offerunt se latissimi *Sin-obræ campi*, vbi populus nunquam non feriatur, & in laborantes quosq; seuerius animaduertit: cuius pręcipuę vrbes *Iugaria*, & *Risagliũ*, quarũ ex orientali latere vbi *le-Sain* cũ Oisiuio flumine vndas cõmiscet, *Saltuares* illas *insulas* (olim, vti videtur, Plinio cognitas) cõspeximus;

ἀέργοις αἴεν ἑορταί. Hesiod.

quæ in ſymphoniæ cantu, ad ictus modulantium pedum moueri perhibentur.

Plin. l. 2, 95.

Sect. 2. *Mores Populi.*

NEmo hîc non ſe nobilem gloriatur; ſtatuas atauorum, & inſignia nec non immenſam proſapiæ ſuę ſeriem, etiam ab annis ante orbē conditum 10000 (cum illis apud Diodorum Siculum) deriuatā oſtentans. Vidi iſtic prę longas quorundam porticus, cognationis ſtirpíſq; ſuę rectis, obliquis, trāſuerſis lineolis depictas, quorum tamē auos vicinia ſartores, carbonarios, equiſones pridē agnouerit. Nec quis nobilium eſt quos *Scogidos* appellant; quin prędia etiam habeat ſuburbana, colonis quibuſdam, *Vellacos* vocant, vulgo elocata; ſeruis vero pleriq; *Liſonicis* vtuntur: Victu & prætenui & viliſſimo contēti ſunt ipſi *Sennaladij*, nobilū generoſiſſimi: Sunt tamen ex his, qui ſemel in anno ſub finē forte Decemb. conuiuia quidem agitant ſplendidiſſima, magno cum apparatu, & hoſpitum numero,

Vel *Eſcogidos*, Hiſp.

numero, & ferculorum; vt vni huic festo reditus fere omnes insumere necesse sit; deinceps vero, quod supereſt, ita genium defrudent, vt penè merâ se fame enecent. Sed pars maxima ventrem contemnens, eique quantumvis obstrepenti aurem obturans, quicquid vspiam succurrit vestium, precio deterit; ita tamen vt pudeat esuriem fateri palam, quam vt honestè dissimulent, & saturitatem contrà mentiantur, quoquò ambulant à prandio, mundare sibi fauces mantili, calamoque dentes exonerare carnis non visæ pridem reliquiis, assolent. Horum cuiuis non arca, non fundus tantum valet, quantum gladius & quod gerit, amiculum: Non desunt ex istis qui centum plureſve *Mangeguadagnos* (ij serui sunt) alunt vestiuntque; quicquid habent tamen, vt Plautinus ille, cum mutuo non possent, sumpserunt fœnore; vestesque suas à parario conduxerunt in diem. Vidi, & qui stabulum sibi struxerit verè regiũ, è longè conquisitis lapidibus columnis

Sic Itali suos ingeniose: Angl. voce *Eategaynes.*

nis marmoreis, multoque ebore concinnatum; ipse vero interea tuguriolum humile, angustum, cespititium habitarit. Nomina sibi longissima fingunt, quibus gentis, loci, stirpis, cognationis gaudent aggerere; sed & titulos omnes non vno spiritu contentos, de compositione frequenti cõcumulant. Plumæ hîc præsertim longiores, quas *struzzolias* vocant, non minoris fiunt quam pelles ab hodiernis Moscouitis: Aliqui præterea campanulas argenteas, calcaneis appendunt, quæ ad singula vestigia clarè resonantes, oculos ad se vocant prætereuntium, auresque demulcent.

Pauci illi qui generis ignobilitatẽ non possunt diffiteri, excelso tamen animo sunt, & altissima sapiunt: memini in vestibulo cuiusdam inscriptũ legisse:

* *Misero quello chi di persona vile,*
Nasce di cor magnanimo & gentile.

* In aditu montis Fesulani in conclaui quodam scriptum Politiani manu. Tabacc.

Vnum inter reliqua stupebam istic, nec immerito; incolarum plerosq; nõ pane, non cibo, sed fumo herbæ non benè

benè olentis, nec hercle salutaris, vi-
ctitare; quem ore quidē excipiunt, na-
ribus egerunt; vt ex istis tot interim
caminos facere videantur: Morem
hunc nescio hercle num ab Indis Mo-
roni, an Indi ab istis didicerint. Fer-
tur enim nobilem quendam ingenio-
sum, sed nequam *Topia Waralladorem*,
fumi pessimi originem ab Indico quo-
dam Dæmone petiisse; sunt tamen
qui Indos quosdam *Torrida-Zonios*
authores fuisse putant tam clari suf-
fitus, vt intus etiam nigrescerent:
perplacuit his scilicet suus color,
nec æquum videbatur, vt eiusdem
corporis interior pars ab extimâ,
colore variaret: id scio, dum nares
implentur, exhauriri loculos; & plu-
rima hinc generosiorum patrimo-
nia in fumos exhalasse, & è domini
sui naso turpiter euolasse: dumque
fumant altius eleuatæ nares, culinas
planissimè refrixisse.

In singulis vrbib. Antoia præsertim
& Putanio, alternæ domus siue pue-
ris, siue * fœminis meritoriis de-
stinantur,

* *Sceria Romæ Iulium nummum soluunt Pontifici; exhinc census illius annuus excedit 40000 Ducatos. Paul. 3. in Tabellis suis habuit Meretrices 45000.*

ſtinantur, & annuum probatiſsimæ artis precium protecto ſoluunt: Cum his luditur honeſtè; nec quem pudet notiſsimum populo proſtibulum vel in foro, imo ne vxore quidem conſciâ, ſalutare immodeſtius: ſūt & qui miſeras vxorculas officioſiſsimè ſuis ſcortis famulari cogunt.

Sect. 3.

Moroniæ Fel. Paradiſus.

NIhil habet vlla Moroniæ pars, fortaſſe nec noſter orbis tam nobile, tam pulchrum, quam Felicis Moroniæ Paradiſum: mirandum herclè opus, & cuius vnius aſpectus tanti itineris & tædium ſatis leuarit, & ſumptus abundè compenſarit. Perſtringit à longe oculos mons rutilus, totuſque (ſic enim vel eſt, vel, quod tantundem valet, videtur) aureus: Aggeſtus olim opere (vti ferunt) Chymiſtico, Qui tamen ſi lubet ferro metalli robur experiri, in puluerem illico euaneſcit; ſi flammâ, in fumum: Cuius in faſtigio, caſtrum ſplendet Cryſtallinum, arte non huma-

humanâ (ſicut exiſtimant accolæ) concretum : Etenim ferunt Fortunam è cælo quondam, deorumque numero exterminatam, hanc ſibi ſedem, terrei ad inſtar cœli poſuiſſe: hîc bonum numen beare mortales auxilio, preſentiaque; tamque largâ manu profundere inexhauſtas munificentiæ opes, vt quicquid demum credulâ ſaltem mente quis bonus petierit, ſatque diu expectarit, non poſſit non aliquando impetrare. Cõuolant huc ex omnibus terræ plagis nullius non ætatis ſexus, conditionis homines, ex pia tamen Moronia frequentiſsimi: nec quis fere eſt in toto hoc orbe adeo vel impotens, vel eximius, quin aliquando montem hunc & conſpexerit, & vbi licuit, aſcenderit. *Madonna Lauretta*, & diuus *Compoſtellius*, & *Parathalaſsia* illa noſtra Deſiderii frigent mehercle præ hoc numine: ſtrati iacent in valle innumeri clientes, non ſecus ac globuli candidiores obducunt ſemitas, vbi grandinauerit; Nutum Bonæ Deę reli-

Fortuna ſtultorum dea, vetus illud, Fauet fatuis

Semel inſaniuimus omnes

Eraſm. De Walſingamia.

religiosè præstolati: Nec fas cuiquam audaci pede sacrum collem premere, donec albo vexillo à Sacerdotibus Castellanis extenso, otium ac voluntatem suam diua significauerit; Tum clamitant vnà omnes rauco stridore cœlũ implẽtes, MADONNA SCOOPERTA, ruuntque vniuersi, viæque ac portæ angustias frustra queritantur. Dumque nimium festinant, alter alteri viam obstruit; nec dici potest quantæ hinc rixæ sæpius oriantur, imo & pugnæ parum aliquando siccæ: nam præire volunt omnes, nemo cedere meliori: premunt adstantes, præcedentibus inuident, remotioribus illudunt: Vidi istic laterum fortalsis infirmiorũ quosdam, qui in hac valle penè senuerint; quibus nec adhuc datur ingredien di licentia. Quid rei agant hi omnes rogitas, Lector, & miraris. Certè conuocauit omnes habendi cupiditas, retinuit spes: nempe vota facturos quosque vt Diuæ beneficio exoptato tandem bono potiri liceat. Notaui hîc aliũ negatos precaturum amo-

Sonus Italorum, quum D. Mariæ statua retegitur.

res,

res, aliũ pacem modo domesticã, aliũ honores, diuitias alium: Hîc patrui nimis iam longæui funus, ille post tres olim vices munus vacaturum rogat. Sedebat hîc prope portã superciliosus quidã rerum Dominus, nouissimę proximã, vti ferunt, monarchiã petiturus: Heîc deformes quædam virgũculæ, formæ gratiam; illic anus rugosæ rediuiuam sperabant adolescentiam; hîc sterilis liberos, illic serua libertatem; omnes aliquid, singuli aliud meditabantur. Signo iam dato qui possunt dant sese in viam, montem non pedibus licet hoc piaculo est, sed manibus genubusque cõscensuri; Medium iam montem magno cum labore assecutos blandius excipit vnus è sacerdotibus, nomen sciscitatus & patriam; quod semel acceptum, te interim consistente, voce Stentoreâ pronunciat; partim vt socios suos ipsumq; adeo numẽ premoneat, quos qualesque sint hospites habituri, partim vt intelligat priusquã propius accesseris, cõsulto prius

numine,

numine, num sat tecum attuleris fidei & puritatis. Nam si paulo impurior ac depressior grauiore mali sarcinâ istuc concesseris, conscia satis diua rubeo te vexillo monet in coenobiolum (loculis purgandis iuxtà positum) relegari; heîc asseruabere donec leuiore crumena, mundiore anima fueris ad reliquum itineris conficiendum comparatior. Quod si nomen fortè placuerit, plumbeo te signo satis instructum dimittit auspicatò: Tribus tamen hisce tibi in aurem solenni more prius obmurmuratis, *Spera, Crede, Expecta*; Pergis læto, alacrique animo; cumque ipsos fere palatii gradus attigeris, limen ferreum se offert: cui inscriptum:

Sannazarii carmen.

Fortunam si auidè vorare pergas,
Illam vt malè concoquas necesse est.

Huius angustissimos aditus toruus ianitor aliquandiu præcludit, qui tamen mercede facilè mitescit, aperitque tibi non tam portam, quam foramen; cui vbi tu te pronus insi-

insinuaueris multo nisu: En tibi ædes fere cælestium æmulas; auro, margaritisque quaqua versum renidentes, quarum externa facies nihil infra felicitatem polliceri videtur: Sacerdotum habitus, officia, ritus, templive formam (ne nimius sim) prudens omitto. Tandem (vacat enim per aliquod tempus omnia cõtueri) accedit alter flaminum, manumque prehendit; & simul oculos, faciemque totam linteo velamine reuincit; per multas ambages occęcatum ducens hospitem, quoquò lubet; sed vti creduli homines opinantur; in templum *Bonæ Deæ*, scilicet, profanis oculis non licet Numinis maiestatem conspicari. Prouolui hîc iuberis in faciem, sacrumque pauimentum deosculari; nec mouere manum pedémve donec te Diua nominatim compellauerit; tum quicquid volueris, audacter profari, quicquid illa iusserit satagere absque vel morâ vel diffidentia; factumque iri quantumuis arduum, quod flagitaue-

ris. Sed quæ religionis tantæ merces est, inquis, aut quis cultus huiusce exitus? Ridendus herclè, quique splenem agitet vel non petulantem: Illusum est singulis probè, arte quidem multiplici; sed adhuc tam clancularià, vt licet inopes dimittantur singuli, malint tamen suam quisque siue inertiam, siue incredulitatem; quàm fidem Numinis criminari. Facto semel voto (puta honorem postulari) illa benignè annuit: Et in primis iubet supplicem post horas aliquot *sacram* vt appellat *potiunculam* ebibere; quâ sordes animæ vltrà abluantur, ipséque dignior fiat, qui exoptatam felicitatem reportet. Deinceps etiam procumbat aliquandiu, donec ipsa denuo fuerit allocuta; tum vocem obseruet sedulo, ac iussa capessat alacer, nec dubitet quin voti compos illico sit euasurus: Tantum vbi omnia ex animi sententiâ successerint, credat eodem in statu æternum permansura, gratóq; animo numinis beneficium recorde-

tur. Acceptū iam calicē absorbet hospes lubētissimè, suauissimumq; lacri liquoris gustum tacitè sibi plaudit; neiciens interea poculum reuerâ soporiferū sibi propinari, mulso, papauere, opio, lactucis, atq; id genus herbis medicatū; cuius haustu cōsopitus illico, non secus ac cadauer aliquod à vespillonib. hac illac in palatium asportatur; deniq; intuentiū cachinnis exceptus diu, sistitur tandem in cubiculo, lectóque elegantissimo, ornato more regio eburneis quidē tabulatis, aurea cōtignatione, stragulis preciosissimis, vt ne peristromata æquè sint Cāpanica, neq; Alexādrina belluata, cōsutaq; tapetia; in limine ministri collocātur, ędepol cultissimi, torquib. annulisque, more aulico insignit, expectaturi donec Endymion iste nouus (quod post triduū plerunq; fit) euigilauerit: Qui demum expergefactus, circumspicit attonitus: Loci & formā, & precium habitusq; ministrorū nunquā satis miratus, dum serui omnes ordine suo flexis genib. *Plautus pseud.*

experrectũ ſalutant Regem, fauſtũq; diem apprecantur: quodq; mauelit hodie veſtis genus officiosè percontantur; Tandémque afferunt infiniti penè valoris veſtimenta, *Dant digitis gemmas, dant longa monilia collo*; & obſitum margaritis diadema capiti imponunt. Induſiato deniq; ac patagiato vbi prandendi tẽpus inſtiterit, menſam dapalem ac munificã inſtruunt: ſpectaculis, ludis muſicoq; concentu reliquũ diei conſumunt. Quin & cœnatur adhuc apparatu magis (ſi fieri poteſt) regio; clauditur autem inſcio cœna eodem ipſo poculo, quo grauiſſimus ille ſopor pridẽ inductus eſt; vnde bonus ille rex Ephemerus per poſticum effertur foras, habituque proprio, ſed aliquantulum fœdatiore in triuio miſer exponitur: vbi cum ad ſe redierit, rurſum ſtupet, quis & vbi ſit, fueritque pridem; ac reuoluens animo nuperam, modóque amiſſam beatitudinem, eiulat miſerè, ſemet incuſans ſiue inertiæ, quòd

Ouid. Metam. 10. Plaut. Epid.

Virgil. Aen. 3. *Iam ſimul expletus dapibus, vinóq; ſepultus,*

quòd Diuæ tam præsentis vocem (prout in mandatis habuisse meminit) secundò non auscultauerit; vel ingratitudinis, quod tam inopinâ dignitate nimis elatus, donantis munificentiam neglexerit: Cedit ergo lachrymans, quiritansque, & id vnum in ore habet animóq;, *Fuimus Troës*; hortatur reliquos, vt pergant, seque præbeant diuæ morigeros, omnium se mortalium fuisse pridem felicissimum, suâ solius culpâ excidisse: vnde alii auspicatiora sibi omnia pollicentes magis adhuc proritantur.

CAP. 8.

Pia Moronia.

Terra stult. superstitiosorum.

Quotquot religiosè insaniunt, vel superstitione laborant, vel nouis ac hereticis opinionibus: Hinc Moronia duo comitatus.

AB Occidente Moroniam Felicem ac Fatuam claudit Pia; regio quidem suopte ingenio satis ferax, ac elegans; maximè tamē squallens incuriâ dominorum; Nam vbi duas in partes tribui solet, (*Credulium* & *Doxiam*, Priorem longeq; ampliorem

pliorem qui colunt, ita toti ritus quosdã putidos ac ridiculos sapiunt, vt suorum omnium curam abiicere, Deo dignum opus existiment. Villæ hîc & optimæ & frequentissimæ sunt *Lipsanium*, *Maranilla*, nec dissitæ procul *Crocetta*, *Rodillia*, *Bascia*; vlterior pars ferè sola, quæque vix nouit colonum: Huius pagi *Cenizæ*, *D'ayuno*, *Gymnopodilla*, *Fouetta* fortassis ob situm parum salubrem ferè detelicti sunt: nisi quod semel in anno, sancta quadã die Veneris, ab omnibus Moronis Pijs inuisantur: Non tacendũ hîc est in monte *Bagnacauallino* Ptochæum in tote orbe maximum, ac luculentissimum, *Hospidale di pazzi incurabili*, impensis regionis totius, & extructum, & sustentatum; cuius præfectus hodie *Garzonius* est, vir sane integer, ac solicitus, qui in classes quasdam pulchrè distinxit huius ordinis vniuersos: Nulla Moroniæ pars est, quæ non colonias huc aliquot impotentiorũ emiserit.

Hospidale di pazzi incurabili. à *Thoma Garzonio de Bagnacauallo* scriptum parum feliciter.

Sanè

Sanè præter Cœnobiola, quorum hic numerus est, neq; plures villas esse crediderim; nil præter sordidissima tuguriola, quale Westphalum illud Lipsij hospitium, cernes: Nemo hîc lacertam terræ possidet; omnes enim se Cœnobitis Morosophis mancipârunt, agrosque paternos aris fociſq; duorum cõsecrârunt. verbo dicam, Quatuor hîc ædium genera cõspexi, *Templa*, *Cœnobia*, *Proseuchas* vel προσευχεῖα, *Tuguriola*; nam præter religiosos vel mendicant omnes, vel seruiunt. Religioni cuidam deuotissimi omnes sunt; quid tamen, cuíve Deo credant, nescire profitentur, negligunt disquirere: sat illis est maiorum vestigia sequi, & sanctorum olim sedes occupare: Etiam incessu gaudent cruciplici; sic enim pedes promouent, vt alter alteri è transuerso positus crucis formam referat; eodẽque more brachia dolentiũ gestu implicata gerunt: Tẽpla quidẽ habẽt cultissima, in agris tamẽ cuiuis lapidi, ac ligno supplices prosternuntur;

globulosque ligneos & succineos agitant. Non tot istic capita, quot diui: paucos præ istis annumerauit Varro veteribus Romanis; qui ferè omnes lapidei, lignei, farinacei; non desunt tamen qui equos, sues, canes in hoc albo reponant: nouos indies creant sibi Deos, aliquando etiam vno die, in vno templo ducentos. Quod ab Ægyptijs olim factitatum legimus, hîc vbique comperimus, superstitum ædes negligi, honestari funus ac monumenta mortuorum: Nouimus 800. libras ceræ vni non maximo funeri insumptas. Hîc ego me sepultum volo, caueóque testamento istuc delatum curent hæredes, comitesque mihi adiungi cupio quotquot peregrinationem hãc meam vel damnant, vel plus æquo mirantur; vel sibi posthac imitandam proposuerint. Nam præter tædas, incensationes per circuitum, oscula, campanularum sonum, aspersiones, quæ animæ pridem exautoratæ non parum prodesse putantur;

Tot solent insumi sepulturæ cuiusq; Cardinalis. lib. sacr. ceremon. I.

tantur; parafrenariis duobus illud ex lege loci incumbit, vt duobus flabellis ex serico nigro, insignibus mortui depicto, muscas à cadauere arceant, * etiamsi tempus hyemale sit; quando muscæ omnes non minus cadauere seruato mortuæ iacent. Nihil tractant non exorcizatum prius, aquam, oleum, salem, ceram, balsamum, gladium militarem: Rosæ aureæ magna cum solennitate benedicunt; Baptizant vexilla, & campanulas. Sed quod quis magis stupeat, in vrbe *Maranillâ*, certum est lapides audire, lachrymari, ridere, pedem porrigere ac retrahere, sanare morbos sanguinem emittere, ac nihil non cottidiè præstare quod à quoquã vel hominum vel Semonum, vel Dæmonum fieri possit.

* *Ipsa verba sunt lib. primi sacr. cæremm. in exeq. Cardin.*

Sect. 2.

Terra stultorum hæreticorum.

Doxia: altera Mor. Pia prouincia.

Doxia pars altera, varietatis plurimum ostentat, elegantiæ parum:

rum: nulla hîc villa, nulla domus ad alterius formam constituitur: singulæ nouam, quamque fieri potest à reliquis, discrepantem adfectant; Nusquam plura vidi, minusque obliterata vetustatis monumenta: [a] Chronia hîc villa est; septemque Pyramides dirutæ aliquantulum à Saturnianis olim erectæ, in memoriam septem Angelorum, quos præter Dei conscientiam, mundum credebant fabricasse. [b] Dein *Abraxia* vrbs, Basilidianorum quondam sedes; quæ veterum decreto ex ædibus constabat 365. nec fas est vel vnam prioribus adiicere, aut verovnam demoliri; Nec abhinc multũ Pagus [c] *Borboriticus* statuas ostentat [d] triginta, æuo semesas, dextris quidem coniunctas; octo tamen, reliquis maiores; saxa Hebræis characteribus inscripta: Quin & hîc desertum paulò syluo-

a Saturniani docebant septem Angelos fecisse cælum, præter Dei conscientiam. August.

b Basilidiani cælos 365. esse: secundum numerorum literarum nominis ipsorum.

c Gnostici sic dicti sunt, quasi cæcosi, ob insignem, in suis mysteriis turpitudinem: Etiam Carpocratiani sic dicti, Iren. l. 1. c. 24.

d Valentini Æones 30. Βυθος, νοῦς &c. è quibus primogenita collonatio (verbis Irenæi) præcipua erat, & origo reliquarum. Hi veculis Hebræis in suis sacris plerumque vtebantur, ibidem Irenæus.

sius

sius est, in quo [e] *Elcesaitas* vel *Ebioneos* diu ferunt vixisse: rudera quædam aræ vetustæ adhuc remanent, in qua coacti sacra fecerunt diis Ethnicorum. [f] A sinistra tumuli cernuntur Heracleonitici oleo, balsamoque etiam num madidi. [g] A dextra vallis *Ophitica*, vbi sacri Colubri spelunca, & altare quod toties incantationibus euocatus ascendisse fertur: Etiam subterraneæ *Caianorum* domunculæ patent hîc peregrinis, inferno, vt creditur, proximæ, in quibus Caini fustis, Iudæque capistrum sanctius asseruantur. Ad ripam Hygri lacus, ferreâ catenâ palo affigitur [h] *Seuerianorum patera*, quâ illi homines quondam abstemii aquam excipere solebant. Ibidemque angustissima [i] *Tacianorum* cubilia, mensæ minores; sparsimque iacent [k] *Mon-*

e Iidem Epiphanio; Hi (vt Eusebius) fidem in persecutione negandam, & in corde seruandam docent.

f Nouo modo morientes redimere videbantur oleo, balsamo, aqua, & inuocationibus Hebræis.

g Ophita Christum colubrum deceptorem fuisse; nutriunt colubrum qui incantante sacerdote egreditur, lambit oblationes, regreditur.

h Seueriani non bibebant vinum, quod de Satana & terra germinasse dicunt. August. lib. de Hæresibus.

i Taciani nuptias damnabant æque ac fornicationes; ergo lectis non magnis vtebantur, mensis vero minoribus, quod carnibus non vescebantur. ibid.

k Illi de sanguine anniculi infantis punctionum vulneribus extracto conficiunt panem; sanguinem hunc farinæ miscentes. ibid.

tanistarum

tanistarum funestæ placentæ, [l] *Valesiorum* pumicei testiruli, [m] *Manichæorum* agri longè spinosissimi, [n] *Psallianorum* cellulæ precatoriæ, [o] *Patricianorum* cruces, [p] vtriculi *Ascitarum*, [q] *Pattalorinchitarũ* statuæ *Harpocraticæ*, [r] *Aquariorum* cyathi, & quotquot fuerunt veterum hæreseon monumenta. Nihil tamen ita splendidum vidit seculum illud prius, ac [s] *Rhetorianum* palatium ad omnium planè ædium exemplar ita ædificatum, vt suam interea formam videatur sibi propriam retinere. Manent denique adhuc casta [t] *Abelianorum* mœnia, quæ prolem adoptatitiam ac alieni patris generosa insignia,

l Vales. *se castrabant & hospites rem se Deo gratam fecisse sperantes.*

m Manich. *inter alia absurdiss. plantas sentire & dolere putabant; agrum ergo spinis purgare nefas illis videbatur.*

n Hi Euchitæ *etiam dicti sunt, nunquam non orabant, vt his qui hoc de illis audiunt (inq. Aug.) incredibile videatur.*

o Patric. *carnem suam non à Deo, sed Diabolo conditam putarunt; quam ergo sic oderunt vt quidam sibi mortem intulerint.* Ascitæ *vtres se nouos vino nouo repletos dicebant: vtrem circumibant bacchantes.*

q Dicti à { πάτταλος / ῥίγχος } *per palum digitum significantes; qui labiis & naribus opponunt digitos, atque ita student silentio. Augustinus* δακτυλοριγχέτας *appellare manuult.* r *Aquam offerebant in poculo sacramenti.* s Rhetorius *(vt notat Philastr.) quod tamen Augustino incredibile videtur, affirmabat omnes hæreticos rectè ambulare & vera dicere.*

t Abeliani *non miscebantur vxoribus, nec tamen sine vxoribus viuere illis licebat; adoptarunt ergo filios aliorum; generantibus circumquaque vicinis, & filios suos inopes ad spem hæreditatis alienæ dantibus libenter. August. loc. citato.*

sanctas-

sanctasque reliquias palam ostentant.

Hîc non ita pridem fundamenta nouæ vrbis iecerunt parum auspicato fanatici errones, quos **Erriconicolaitas*, & *Georgo-Dauidicos* vocant. Quin & exules quidam ∴ *Virginenses* duraturam hîc rempublicam perperam meditantur. Liceat mihi monere orbis vniuersi dominos, reges, imperatores, modo suæ paci ac ipsorum saluti probè consultum velint, hæreticos omnes pacis publicæ iuratos hostes, ac perturbatores huc relegent.

*Henricus Nicolaus & Georgius Dauid *fundatores turpissimæ illius Anabaptistarum sectæ, quam alij* Libertinam, *nos* The Family of loue, *indigetamus.*

∴ Bruniſtæ *quidem Angli in Virginiam relegati.*

CAP. 9.

Status Politiæ Moronicæ.

VRbium quidem singularum regimen medium est inter Aristocraticum, & Democraticum. Eligit sibi populus, quem mauult senatorum numerum, qui neque annuum

um gerunt, neque perpetuum Magistratum, sed pro eligentis plebeculæ arbitrio præsunt, præsidentque: si quem habeant nimiæ fortassis prudẽtiæ suspectum, hunc statim ostracismo seueriore è suis finibus eiiciunt. Prouinciæ aũt omnes, nomine saltẽ tenus, vnum agnoscunt Principẽ tũc temporis *Il Buffonio Ottimo Massimo*. Palatiũ illi in Felici Moronia, propè Piam, *Papagalliũ*: Is medius inter Imperatorẽ, & sacerdotẽ, mitrâ simul & diademate sedet insignis; Pro sceptro clauis illi præfertur, cũ gladio; clarum emblema Diuitiarũ, & potestatis. Clauis.n. docet omnes Moroniæ thesauros illi patescere: Gladius, pro libito se aliena diripere, sua defensare posse. Aduentãti cuiq; pollicem dextri pedis exosculandum porrigit, quem morẽ diu ferunt jinualuisse; natum inde primitus, quod quidam ex antiquis regibus chiragrâ laborauerint: Non nascitur ille quidẽ, sed eligitur, nec tamẽ ante decrepitam ætatẽ, ne nimis diuturno impe-

Camera Papagalli, locus in quo Pontifex eligitur, lib. Cæremon.

rio

rio populum nouitatis ſtudioſiſſimũ, oneraret: Sed & ante capellã S. Sapæ. ſedes ſunt duæ porphyreticæ, quibus inſideat oportet eligendus, vt in ſtetcoraria examen ſuæ virilitatis ſubiturus. Humeris ſuorum effertur vulgò, non equo, aut mulo; vt ſignificet ſe tantum aliis regibus præſtare, quantũ homines iumentis; ſemperque ſub Baldachino proficiſcitur: ſed eiuſmodi ſunt iſta quæ poſſunt ab alio vſurpari; quædam vendicat ſibi propria, nec cui principum totius orbis, communicanda: Nulla enim vectigalia vnquam exigit à ſuis, ſed quicquid ipſi ſponte obtulerint, gratâ manu excipit, largâ depromit. Nihil vnquam decernit, cui vel vnus aliquis procerum refragetur; Leges multas condit, nullas exequitur; nec quid ſancit diu duraturum; ſi qua lex duas ſenſerit hyemes, obſoleſcit. Vel ſuos vernas familiarius ſalutat mensâque ipsâ dignatur; etiam, vbi lubet, & ipſis magnatibus anteponit. Paraſitis ſuis quidlibet poteſtatem facit

Ipſiſsima verba authoris ſacrarum cærem. in conſecratione Pontif.

facit audendi, vel legem quamlibet violandi, vel cudendi monetam, suâque effigie, & nomine suo inscribendi. Plura hîc æque facile observassem, ni ab aulica vita natura mihi semper abhorruisset.

LIBER

C de la Victoria
C de la Cruz
Fretum Magellanicum
Dunius port
Bercius porta
R C I
Buti uia sylua
N I A
Ducun castell
Moro nia Pia
Deria


MARE PACI
Vel DEL ZVR
TERRA
SANCTA NON
ADHVC SATIS
COGNITA
Mercur gallo
Plagianus
Trac
Gollis scapuluis
Rigattiera
Rubicus flu.
Furtofi
Caxa
Scrofiola
Villa porciglia
Cogliera
Serrara
Strophades Insula
Hierofulc
Padronilla

CIFICVM Vulgo
C de la Victoria
C de la Craz
Fretum Magellanicum
Dunius port
Bercius porta
LARCI
Buti uia sylua
NIA
Ducun castell
Bugietta
Bolsecium
Moro nia Pia
Dexia
Tryphon flu:
Muemon flu:
Vallis
Bar
to francheza
Bar
E
A
C I A



LIBER QVARTVS.

LAVERNIA.

CAP. I.

Situs Lauerniæ.

LAuernia ab Occidente Magellanico quidem Oceano; ab Oriente Pia Moronia, & Crapuliæ parte aliquâ terminatur; Terra tam prorsus efficeta, & sterilis (si vnicam prouinciam exceperis) vt ex hac potius quam Trinacriâ illâ, veteri, filia Cereris à Plutone rapta videretur; Nec pastori hîc locus nec agricolæ; incolæ tamen ita rerum omnium copia diffluunt, vt nulla mihi in orbe toto dirior, & (quantum feritas illa naturæ fert) gens delicatior visa fuerit; quicquid enim vlibi terrarum splendidum habetur, ac rariusculum; siue dolo, seu vi rapiunt ad se, raptum-

Terra Furum, *quorũ dea Lauerna.* Da mihi fallere falsaque dicere pulchra Lauerna. *Horat.*

que pari violentiâ tuentur: Maximè tamen Piæ Feliciſque Moroniæ ſpolijs Orientalior pars; maritima vero partim Indorum gazis, partim communi quam exercent pyraticâ, ſe ditare ſolent. Lauernię partes duę ſunt, *Larcinia* & *Phenacia*. Hęc Moroniam & Crapuliæ angulum attingit; illa magis Occidentem ſpectat, & contra vagæ gentis Larcinæ morem, ſuis ſe finibus contineri ſinit: vtraque valde immanis & inhoſpita.

Prout artis huiuſce duæ ſpecies ſunt; Latrocinium, Impoſtura.

CAP. 2.

Larcinorum mores.

Terra Latronum.

LArciniam ab vtraque Moronia ſeparat flumen * *Tryphonium*; cuius vndæ flexuoſiſſimæ non pauciores inſulas, quam *Raleana Guianorum* faciunt: Tota regio ita ſyluoſa & montana eſt, vt deſerti potius nomen mereatur, & quod de vrbe quadam Strabo ad rebellandum quàm ad habitandum aptior videatur: In iſtorum ſermone quædam Wallica vocabula notaui,

* *Tryphon inſignis latro apud Aegyptios.*

notaui, quod ego ex ignotis nostratium peregrinationibus factum iudicarim. Larcinensium populus quidem satis numerosus est, respublica nulla; sibi quisque se natum putat, sibi soli viuit, sibi obtemperat; tantumque possidet, quantum diripere quouis modo possit raptumque custodire: quôque potentior quis factus est, eo magis timetur; eóque pluribus non tam subditis quam ἀνδραπόδοις dominatur. In certas familias distinguuntur incolæ; quæ singulæ stirpis suæ potentissimo volentes obaudiũt; contribulibus suis parcit quisq; & adhęret, reliquos omnes libertrimè spoliat. Abhinc diu exhausta fuisset horum incursionibus vtraq; Moronia, ni sagaciores præfecti cũ libertate salutem ab omnibus familiarũ ducibus magnâ auri vi quotãnis redemissent.

Formâ corporis nihil fere à nostris discrepant, nisi quod omnes (exceptis insularib.) aduncis vnguibus sint, & quasi accipitrinis; id quod Lauerniis omnib. commune est. Montanã par- ὄντος ὀξυχειρ ἐστὶ, d. Mercurio Luciano

tem occupat *gens Sbanditica*, cui vmbram quidem commodam ac salutarem largitur *Butinia* sylua, præ quâ illa Germanorum Hircynia, decem latronum millibus stipata, pomariolum angustius, aut mera quasi sepes videtur. Castra hîc passim cernes, non herclè nimium splendida, sed & multa & munitissima; in quibus tuto sedent familiæ cuiusque duces, prædamque à vicinorum periculo sartam tectam conseruant; dum plebecula nouum sibi quotidie sub quauis arbore lectum sternit, more Tartarorum, & assiduas viatoribus insidias struit: quos illico bonis omnibus expoliatos non letho dedunt, quod Itali & Germani insidiatores solent (nec enim quicquam verentur, ne cui pœnas dent commissi latrocinii) sed vinctum ad sui Ducis aulam deducunt, obstringunq; iuramento se illi in perpetuum fideliter seruiturum: qui vbi vel fidem violauerit, vel per menses aliquot nihil cuiquam surripuerit, vel non vacuum

cuum viatorem lubens præterierit inſalutatum, laqueo damnatur: Ita creſcit indies iſtorum poteſtas, & ex quo lata Phænacibus lex eſt de filiis natu minoribus prorſus exhæredandis, euehendiſque primigeniis, auxit non parum ſpontaneâ pubis etiam nobilioris acceſſione. Pii Moronii non tam cruces colunt, quam iſti oderunt; quanquam ergo illi ex iniri cum Lauerniis fœderis tenore incolumes ſe domi continere poſſint; ſi tamen huc fuerint euagati hoc vno nomine ſuſpendio plerique pereunt, quod hoc ſigno iſtud ſupplicii genus ipſis exprobrare videantur. Nunquam non inteſtina bella, inter Tribuum capita oriuntur, dum peculium quiſque ſuum repetit, detinetq; alienum; quod commode quidem cedit orbi vniuerſo; verendum enim foret, ne tot tamque perditorum hominum coniuncta vis, aucta quotidie, in perniciem reliquarum gentium conſpiraret: quam ob cauſam prudentiores Phænacii & ferunt inter illos,

& alunt lites. Non minima laus est etiam paruulis (quod olim Cæsar de veterib. Germanis) artificiosè furari; quos à tenerrimis, & pręceptis quæ vocant *Hermeticis* imbuunt, & exemplis: Videbis infantulos etiam dum ab vberibus matrum pendent, aciculam subducere vel nummum; quòd si hallucinati fuerint tantillum, & vel non satis audaci, vel sat lentâ manu rem aggressi fuerint, ita vt ἐπ' αὐτῷ φόρῳ facilè deprehendantur, vapulant illico: tandem vbi adoleuerint, aut anatem, aut anserem, aut quid grandius indies oportet suffurentur; nec impunè diem transigunt, in quo rem domesticam nihilo auxerint. Quod si satis constiterit operam ab ipsis nauatam strenuè, non æquè successisse, aut glebam ex agro vicino, aut ramusculum surripiant necesse est, ne fortè desuescendo fierent ineptiores: sed hæc in ipsis Phenaciæ finibus præcipuè cernuntur, inter quos & Larcinos latissima vallis *Bugietta* se diffundit; de qua suo loco pluribus, post-

Cass. de Bello Gall. lib. 6.

posteaquam Larcinos litorales ordine descripserimus.

CAP. 3.

Litorales & Insulares Larcini.

HI, siue in litore Magellanico, siue in ripâ & insulis Tryphonicis latè sparsi, Amphibii sunt; eo ditiores reliquis, quo sunt reliquis occupatiores; quibus etiam non parum fauent notissimi freti angustiæ. Cognito enim semel propter præcipitem maris decursum nullã dari nautis retrocedendi viam, scaphis cateniſque obstipant iter, & ita nauim spoliant & vectores: ex quo factum putem, quod fretum istud regressum planè nullum patiatur, non tam vndarum impetu, quam numero ac ferocitate pyratarum. Nemo nautarũ Europęorũ magis callet istis fluxuum tempestates, & situs opportunitatesque portuum, ventos, syrtes, scopulos; neque pisces ipsi, aut melius natant, aut facilius. Primas hîc obtinet Regio pyratarum.

Portus Dunius, villa non sane magna, nec adeo munita, sed audax admodum, & omnium fere regionum spolijs ad miraculum vsque diues: sita in ipso angulo Larciniæ, quo terra hæc interuentu Tryphonii fluminis, à Crapulia dirimitur. Huius littus magnetibus ac puluere magnetico stratum ferunt; quorum virtus nauem ad se quamlibet remotiorem allicit, retinetque: Sed neque minus proficiunt illi Duniorum, qui maria quæq; pererrant, ac naues longè suis munitiores adoriuntur. Mirum est herclè, quoties istos vel post imparem sæpe congressum audacia victores reduxerit; quod tamen alii baptizatis, incantatísque vexillis Moronicis acceptum referre malunt. Insigne vrbis vultur est, vel inter volandum pascens, cum verbo *Fruor nec quiesco*: statim à Tryphonis fluuii vestibulo, portus *Bercius* est; insularum istarum omnium, & vndarum dominus; nam à prætereuntibus quibusque etiam suis non minimum

Papa baptizabat vexillum Italorũ & Hispanorum in Flandria, vocauitque Margaretam, *quæ postea vicit* Diabolum. *Moresin. de Orig. rel. Pap.*

vecti-

vectigal exigit; precium viæ; & hamis quibusdam maioribus magnete tinctis, non aliter nauibus alienis, quam nos piscibus, insidiatur, tactasque semel impactis ad scyncis quantumuis contranitentes, ducit: In totidem paludinosissimis insulis, & tam lato flumine, vix domunculam cernes, aut cymbam, partim quòd in mediis arundinetis (nempe crescunt hîc arundines Indicis illis quas sæpe vidimus altiores, nec minus robustæ) nidum quisque sibi ac suis malit concinnare; partim quod ob proximitatem loci, gens ista cum Moronis plerunq; misceatur; quorum sanè nemo non natare mauult, quàm nauigare; vnde fit, vt brachiorum remigia tam Dædalè tractare norint, dimidiam vt vitæ partem (quod de Crocodilo dici solet) in aquis degant, motuque velocitate cum celerrimis quidem remis ausint contendere. Hi nautis formidabiliores sunt, quam nautici quiuis pyratæ; improuiso enim nauim assequuntur, remo-

Vt pyratæ Aegyptii apud Heliodorum l. 1.

remorâque firmius adhærentes retinent, & vel retentæ dorsum perferant, vt aquâ submergatur, vel impetu subuertunt, vel denique scopulis allidunt.

CAP. 4

Quis mihi aditus; Harpyiæ.

SEd quis mihi huc aditus patuerit, aut quæ tandem commorandi licentia fuerit concessa, mirabitur Lector; nec credet, aut quenquam sanę mentis committere semet ausum tam immani populo, aut incolumem demum rediisse. Intelligat ergo Lector communem istis cum Piis Moronis Iubilæum de more solenni anno quoque quinquagesimo celebrari; in quo cum omnibus orbis totius nationibus, ac populis induciæ pactæ sunt; quo durante religio est furacissimo ganeoni, pacem vel publicam vel priuatam violare: Iam tum conuolant huc hospites; qui tamen quic-

quicquid secum attulerint, incolis gratis largiuntur; vt pacem hanc vel vnius anni liberam, quadrienni lite lucrosiorem existimem; incidi ego in sacrum hunc annum peropportunè: & cum quibusdam aliis itineris nostri sociis regionem lustraui: Inter eundum maximum nobis ab Harpyis imminebat periculum; quibuscum profectò fœdus pacis nullũ nobis ferire licuit. Hæ (nec scio volucres ne dicerem, an dæmones) ex quo à Boreæ filiis pulsæ fuerunt, hîc (vt fama est) sedem sibi posuerunt; Ex transuersis trabibus in medio quercus robustissimæ nidos sibi stemunt; Ore bubonem referunt, dorso & corporis mole struthiocamelum, pennis hystricem, rostro ac vnguibus, aquilam: Recurrebat mihi in mentem istas cernenti quod de αἰσχνύμοις alitibus scripserat olim supposititius Aristoteles, qui in Diomedeâ insulâ circulatim semper volitantes Græcis tantum adulabantur, alios omnes in-

Lib. de mirabilibus.

Contra quam canis ille, cuius Epitapium videre est in villa suburbana Bononiæ:

Latrai, à ladri, & à gli amanti tac, qui. &c.

infestabant; pariter nobiscum ac peregrinis omnibus egerunt rapacissimæ Harpyiæ; incolas ipsos quasi probè cognitos familiariter exceperunt, semperque dimiserunt illæsos, in nos magno impetu inuolarunt; Quisquis per syluæ istius *Butiniæ* deserta solus ambulat, harum vnguibus rapitur illico, ac dilaniatur; Imo vix tutum ab his iter est decuriæ peregrinorum, absque conductitio Larcinorum præsidio.

CAP. 5.

Terra Impostorum.

Vallis Bugietta. Phænacum mores. vrbs Furtofrancheça: Bolsecium.

REdeo iam ad vallem *Bugiettam*, vltimam Larciniæ metam; communem tamen vtrique prouinciæ terram; suam cuique partem ex æquo tribuit *Mnemon* fluuius per mediam planitiem decurrens; qui & oppidis Phænacum præsidiariis situm præbet commodissimum. Fallor nisi hic viderim Herodoti ac Plinii historici quædam, sed vix iam percipi-

cipienda oculis monumenta: ſtruxit ſibi hîc ædes profecto elegantes *Mercurius Gallo-Belgicus*; nec abhinc procul Cardinalis quidam hiſtoricus, ampliſsima iecit Caſtelli auguſtiſsimi fundamenta. Nam ex quo Hiſpanus vicinam huic Indiam occupauit, licuit etiam Ieſuitis bonâ cum Phœnacum veniâ oras haſce (vt πολυπραγμαλιχαίλοι ſunt mortalium) inuiſere, & ab aliis relictam, propter creberrimos Larcinorum incurſus, terram incolere: Aſtrologorum gymnaſiola hîc multa ſunt; quibus hercle (poetas excipe, & Iuridicos) prę aliis omnibus fauere ſolent Phænaces: Quin & in hac ipſa valle (nam quid diſsimulem?) ego quidem conduxi domum, vbi præſcius rerum hariolus audacter ſcripſi veriſsimum huius temporis vaticinium. Longè humaniores ſunt Larciniis Phænaces, aut ſaltem crudelitatem exercent magis ſecretam: nam quod illi palam & ſub dio, hi ſine teſtibus agunt domi: Hi & legibus

legibus seſe, & *Aurei Principis* (nam sic suũ regem appellant) imperio subiiciunt: *Furtofrancheça*, pars Bugiettę proximior, ex omnibus Lauerniæ partibus aut optima est, aut minimè profecto mala; Hîc interdiu quiescunt, noctu vero semper negotiantur: solem ergo velut mortalibus noxium lumen abominantur; Lunam colunt vt cælicolarum omnium benignissimam. Arbores sic suâ naturâ viscidæ sunt, vt volucrum quotquot ramulis insident, illico adhæreant; prædæque fiant viatoribus: Maximum huius prouinciæ Emporium & longe frequentissimum *Bolsecium* dicitur; cuius tamen vici duo, *Palatium*, & *Fripperia*, omnes quas vidi vrbium plateas numero excedunt. *Palatium* quidem causidicorum litibus, *Fripperia*, pararioru nundinationibus destinatur. Et sanè causidicorum nulla sub cælo tam ferax regio est; qui (vt Plautinus ille) si nihil est litium, lites ferunt: horum non minor

Vrbs crumenisecarum.

Plaut. Pœnulo.

minor hic numerus est, quàm in Westmonasteriolo nostro capitum: quanquam vero indies creentur noui, fieri tamen non potest (vt illi putant qui in rebus politicis Lyncei sibi videntur:) quin istorum numerus in posterum decrescat; nam vbi litigando totam inter se prouinciam (quod iam ferè fit) partiti fuerint, clientibus deinceps indigeant necesse est; quo fiet vt in se inuolent mutuo, & alter alteri commissus malè parta dissipet in vulgus, futurisque alterius æui nepotibus, locum exercendæ huic arti magis lucrosum paret. Horum seruis vsitata semper est vestis δίχροος; vt hinc innuant inseruire se dominis ad vtramvis causæ partem suscipiendam paratissimis: Lites istis suppeditat, & Fœneratorum copia, & *Ruzius* impetuosissimus fluuiorum; qui dum præcipiti cursu inter insulas, Strophadas labitur, nunc magnam solutionis terræ partem

tem ab vnâ deuoluit in alteram, tandem & in tertiam impellit; nunc vero priore sede fastidita nouum sibi quærit canalem, auidissimis dominis nunc patrios fundos adimens, nunc largiens nouos; Incolarum plerique Alpinorum more strumâ laborant, *Argyranchen* vocant medici; qui morbus ita vulgaris est, vt nemo locum affectum vel sanatum velit, vel occultatum. Nec scio quæ secreta virtus istorum cuti indita sit, vt non minus argentum attrahat ad se, quàm magnes ferrum, nec minus attractum retineat. Fripperia omnibus & artificum generibus instruitur, & mercium officina tamen hîc nulla; quisque continuis clamoribus artem suam & merces exponit transeunti populo; & emptorem nactus secedit laudatam prius supellectilem ostensurus. * Hic cuprium producit torquem aureis laminis obductum, iuratque, nec Tagum, nec Indorum fodinas, quid magis aureum protulisse: Alter testiculum osten-

Morbus Demosthenis; *Latinis* argentangina.

* *Clauius lib.* 1. *Chrysopœiæ, &c.*

ostendit muscatum suauissimis odoribus plenum; alius vniones profert limpidissimos, quos quidem neque candore, nec læuore, nec magnitudine, nec orbe, nec pondere (in his enim Plinio dos omnis vnionum) à veris ac natiuis dignoscere; cõchasque ipsas exhibet, in quibus solidiores illæ guttæ pridem concreuerint: Nec desunt è Scarpellinis; qui lapides propinent specie tenus ex omni genere precioſissimos, Adamantem Cyprium, Hephestitem Corinthium, Siculum Achaten, Niliacum Galactiten, Abeston Arabicum, Pæaniten Macedonium, Asiaticam Alabandinam, Beryllum Indicum, Gagaten Britannicum, Persicum Æëtiten, Chalcedonium Africanum, Smaragdum Scythicum, Corneolũ Germanicum, Chrysolithum Æthiopicum, Carbunculum Libycum; sed pharmacopolarum profectò hîc plus satis est; quorum fraus omnis, in mutandis miscendisque pyxidiculis, vix iusto volumine posset com-

prehendi : Id vero vnum adhuc nequeo satis mirari, illísque inuidere, quod cum falsas fucatásque merces obtrudant omnes, nullo tamen id sensu possit deprehendi ; nec quod examen istorum quis præter igneum reformidet. Dolus malus sicubi occurrat palam, satis quidem seuerè plectitur; id vero ne fiat cauet quisque sedulo; nam & faciem & vestem, & vocem, & artem mutat indies, vt frustra sit, qui hodie hesternam queratur impostură. Schola hîc publica in suburbijs aperitur, non herclè incelebris; in qua sua ars, hoc est Spagyrica (ignoscant mihi Chymici, aut succenseant sibi, qui artis inhonestæ nomen laudatissimæ indiderint) iuuentuti quotidie prælegitur : His scilicet Alcorani locum obtinet antiquissima Mercurij Historia, orbi nostro penitus ignota; quæ docet quam feliciter Cyllenius adhuc infans à Neptuno Tridentem, à Marte gladium, ab Apolline arcum pharetramque

que, à Vulcano forcipem, à Venere cingulum suffuratus sit; quamque ferè καθάπερ ἐν τῇ γαστρὶ ἐκμελετήσας τὴν κλεπτικὴν, ab Ioue fulmen surripuisset: ac deinde subdit omnigena defraudandi furandique documenta; tyronem plurimis docens excutere seram, pessu'um reserare, lentè mouere pedem; arcæ iam clausæ filũ viscosum immittere, intactâ crumenâ nummum elicere, quod feceris strenuè peierare, nec interim erubescere, ac mille istiusmodi technas; quarum ego arcana Caballistica disquirere contempsi. Caupones ad vnum omnes ita malè fidi sunt, vt non ausint hospites, vel suis dormientium puluillis aurum submittere, vel sacculis arcísve confidere quamlibet ferratis; sed (quod obsessos olim Iudæos fecisse comperimus) in suis ipsorum ilib. dormituri recondunt crastino manè repetendum: In villis vix quenquam videbis præter molitores, sartores, & paucos fortasse vates Chiromanticos.

Lucian.

Ios. Bello Iudaico.

CAP. 6. *Plagiana prouincia.*

A Stephano Lexicon suũ furatus Scapula canit: Ast ego contendo Lexicon esse nouum.

PLagianus dein tractus ab Occidente cernitur spatiosissimus, in qua Rigattieræ vrbi non nouę quidẽ, sed renouatæ collis *Scapulius* imminet. Non pauca hîc canę antiquitatis monumenta reperiet solicitus quis Criticorum; pręsertim vero poëtica: Ego certè saxũ vidi versibus inscriptum Homericis, alieno tamen authori (quod indignius nihil videbatur) adscriptis; Inter hæc:

Homer. immutat hoc Orphei carmen vt Iustin. Martyr in Protreptico ad Gentes. Hom. Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός. De interitu Dionysii. Hæc inter Homeri furta numerat Theod. Canterus var. lect. P. 2. c. 3 Iniuste. imitatur Homerus Orph. & Musæum, non spoliat.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Δημήτερος ἀγλαοκάρπου. Ορφ.

& statim:

Ὡς οὐ κύντερον ἦν καὶ ῥίγιον ἄλλο γυναικὸς Ορφ.
Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει ἡ δ' ἀπολήγει Μούσαιος.
Οἷον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης. (Ορφ.)
Χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ. &c. Hom. Il. ρ.

Maronis autem plurimos inueni versiculos pari modo Homero ac Hesiodo suppositos: & nescio quot paginas vernaculi cuiusdam poëtæ Toscano Petrarchæ adscitos: Hanc dein ab Austro, excipit Arrebatia, deformata planities, & ruderibus plena: ibi olim fuisse Troiam, diruta saxorum mole docens: quæ ideo ferunt

tunt auos ipsorum demolitos, vt ex multis vrbeculis (quarum vestigia pyramidésque remanent) vrbes duas pol magnificas, Patronillam, & Hierosulen ædificarent; vbi ergo quondam Templa, plateæque, iam campos videas, & stabula; nec ipsi quidē fundo parcit Ruzii violentus æstus, sed iniquis vndis auellens, aut Plaginis impertit, aut Codicienſibus.

CAP. 7. *Coditia.*

Terra Auaritiæ.

CODICIĒSEM prouinciā prodigiosi homines incolūt, quos porcinâ facie *Mūsterus*, ac *Mādeuillanus* depinxerunt. Quadrupedum more prona semper facie incedūt, ne quid inter eundum surreptione dignum prætermittant; neque cælum vnquā suspiciunt: quod ad vocē, grunniunt illi quidē, non loquuntur; Nemini hîc prætexquàm senib. cōmorandi locus est; Florē ætatis cuiq;, vel *sylua Butinia* (si fortiore animo sit) vel si studioso, *Gymnasium Bolsecianum* deterit: Soli hîc Metallurgi, Agricolæ,

Mercatores: Hi ferè semper (quod de lupo dicitur pugnaturo, ac vulpe famelica) terra vescuntur: quanquã sunt inter hos, qui solo metalli intuitu viuunt, valentq;: Nunquam penè dormiunt; illud vnum istis leoninum est.

Superstitiosè admodum numini suo, hoc est, Chrysio deo addicuntur: nec vnquam aut quiescunt, aut discumbunt, donec ipsum viderint, & adorarint: Vrbes hic vidi *Scrofiolam*, villam sanè fœdam, & Catonis verbo, *cloacalem*, *Coglieram*, *Serraram*, *Caxam*, quam tamen lustrare volenti mihi non licuit; vnusquisque ciuium clauem secum gestat; ne quis peregrinus ingrederetur: Reliqui omnes per villas *Porciglias* dispersi, non tam casis, quam cubilibus contenti sunt.

χρύσιος θεός.

Festus.

Hos ego homines, hos mores, has vrbes vidi, stupui, risi; annoque demum tricesimo, itineris tanti laboribus fractus in patriam redij.

PEREGRINVS *quondam Academicus.*

INDEX

ACteonius saltus. *ab Actæone magno venatore, quem (vti solent) exedebant canes.*

Amazonia; *notũ nomẽ, olim regio Americana, nunc ob viriles incolarum animos nostra.*

Antoia villa. *Hispan.* Libido; *vrbs semper ardens. vrit amor:* Virg.

Anylos, sylua. *Gr. Anglice* Wood-lesse.

Aphrodisia, *Gr. ab* Ἀφροδίτη. *Venus. illa vero à spuma. Orta salo: Hic Amãtina vrbs: cuius nomẽ nos à tractu Danub. petimus.*

Arrebatia, prouinc. *Hisp. ab* Arrebatar, *vi rapere.*

Artopolis, Artocreopolis, *Græc. decomp.* ἄρτος, κρέας, πόλις, *panis, caro, vrbs.*

Assadora, vrbs. *Hisp. veru, ab assando dicta*

Assagion. fl. *vide marg.*

Auffzeichner. *Germ. Registrarius.*

B

BEachera vrbs. *Germ. Poculum. vnde nos Angl.* a Beaker.

Baldachinum. *sic Itali vocãt* vmbellam, *sub qua Papa equitat (vt barbaris vtar verbis sacrarum cærẽ.) verbum sacrarũ cærem.* octo hastis sustentatam. *Lib. sacr. cerem. primo.*

Bascia *vrbs, osculatoria. Ital. à* baiser, *Gal.*

Batillum, *v. à Batillo Latin.*

Baueria. *prou. Gall. nugas significat.*

Bercius port. Flandris notũ nomẽ, &c.

בת-רחם, *Domus panis : nomen carceris nostratis celeberrimi.*

Bolsecitũ *vr. composita à* Bolsa *Hisp.* crumena, *vel* Bursa, r *mutato in* l. *& seco. Latino : Gratuletur mihi nunc Bolsecus mẽdax ille nebulo, nominis sui originem.*

Bubonia, *syl. Latin, à Bubonũ frequentia.*

Bugius. fl. *Ital.* Mẽdax. Bugietta vallis. *Hæc vallis Mnemone fluuio rigatur. Oportet mendacem esse memorem.*

Buscadores, *Hisp.* Inquisitores, *à* Buscar, *inquirere.*

Butina, syl. *Gall.* butin, *prædam signif. hinc Angl.* Booty.

C

CAdilla, *v. Latin. diminut. à* Cado.

Calauerinus *mons à* Calauerna *Hisp. cranio, à caluo dict.*

Candoscoccia. *Columel. l. 5. c 4. palmites prolixos in vineis, quos* Megros *appellamus. Galli,* Candoscoccos.

S. Carniceria. *Hisp.* Laniena; *nec aliud domus Inquisitor.*

Caxa *v. Hisp.* arca. *Hinc Angl.* Cask.

Ceniza *v. Hisp.* cinis.

Chagrin, Gall. *mœstus, melanchol.*

Char-

Charbona. *v. à Gall.* Charbon. *villa subterranea.*

Chatouilla. *v. Gallic.* chatouiller, *titillare.*

Cheminea, tur. *Gall. quær. Marg.*

Chitræa, *v.* χύτρα, *Græc. poculum.*

Cibiniũ, *v. in tractu Danubii: Lat. à cibo.*

Ciniflonius, *Lat.* Horat. *cinifiones* Hayrcurlers.

Cogliera, *v. Ital.* cogliere, *colligere. quasi* Gatherington.

Coledochia *pal. à* χολὴ δέχεσθαι. *Gr. quære Marg.*

Kotzunga. *v. Germ.* koken, *vomere. hinc vomitio,* kotzunga.

D. de Courroux. *Gall. iratus, furibundus.*

Crapulia, *vide Marg. Latin.*

Creatium, *v. Græc.* κρέας, *caro.*

Crocetta. *v. Ital.* crux.

Krugtopolis, *à German.* krugt *Amphora.*

Cubæa *v. Græca, Alea.*

Cucina, *v. Ital. vide Marg.*

Cuillera, *v. Gall.* cochlear, *inde petita vox.*

D

DAyuno. *Hisp. vrbs. Ieiuna.*

Derrumbiada, *Hisp. præcipitium.*

Desuergona. *v. ab. Ital. voce, quæ impudentiam sig.*

Deuoracum. *v. Lat. à deuorando.*

Di-Marza, Ital. *sanguinis corrupti, saniei.*

Dienta. *ab Hisp. Dens.*

Doxia,

Doxia, *Græc. à* δόξη, opinio.
Dudoſa. Acad. *Hiſp. Dubia* b, *mutat. in d.*
Dunius port. Dunkerk.
Duricoria. *v. Lat. Ficus duricoriæ.* Plin. *l.* 15. *c.* 18. *q. durum habent corticem.*

E

ERotium, *v. Græc. quæ &* Amantina.
Eugynia. *reg. Græc.* Terra bonarum Fœminarum.

F

FArfellia. *v. Ital.* Farfello, *papilionẽ ſig.*
Faeſſera. *v. Germ.* Doliaris vrbs.
Fauillia. *Lat. à fauilla.*
T. del fogo. c. *Latin. mutato in* g.
Fourmagiũ. *v. à Gallic.* fourmage. *caſeo.*
Fouetta. *v. Gall.* Flagellatoria.
Fripperia *vicus quidã Lutet. Pariſiorum.*
Friuianda. *pr. vid. Marg. p.* 2.
Frugiona. *Lat. Margin. ibid.*
Furto-Francheça, *v. compoſ. à Latino,* Furto, *& Gall.* Franchiſe, *libertas.*

G

GArilla. *v. Lat. à garriendo.*
Geſundheits. *Germ. quod nos Angl.* Healths.
Gola. *v. Ital. Gula.*
Goloſin. *tract. Hiſp. q. marg. p.* 3.
Gorga. *Ital. guttur.*
Gorganta. *v. Hiſp. Fauces.*

Guti-

Gutiges *aues*, *Germ.* Benignæ, inde Good. *Angl.*

Gruella *fossa*. *Hisp.* *pinguis*. *nam à Crasso. Lat.* Grasso *Ital.* hinc *Hisp.* Gesso.

Gynæcopolis. *Græc.* γυναικοπόλις.

Gymnopodilla, *v.* *Græc.* γυμνοὶ πόδες.

H

HAmbria *insul.* *Hisp.* *Famelica*, *q.marg.*

Hierosule, *v.* *Gr.* ἱερῶν σύλη *sacrorum depeculatio.*

Houbelonia *pr.* *à Gallico* Houbelon, *lupulus.*

I

IVgaria. *v.ab.* *Hispan.* Iugar. *iocari.*

L

LAbriana. *v.* *Lat.* *à Labris.*

LLardana. *v.* *Lat.*, *à Larido.*

Larcinia. *pr.* *Gall.* Larrecin, *latronem sig.*

Larmium. *fl.* *Gall.* Larme, *Lachryma*, *abbreu.*

Lauernia *ter.* *Latin.* *vid.marg.*

Lecanica. *Planit.* *Græc.* *vid.marg.*

Lecho. *v.* *Hisp.* *Lectus.*

Licoris. *fl.* *Hisp.* Licor, *pro liquor*, *Lat.*

Linguadocia. *pr.* *Lat.* *à lingua*: *quòd fœminæ sint plerunque linguaciores*: *adimitationem prou.* *Gall.* Languedoc.

Lin-

Lingaſtrum. *v. Lat, à lingendo.*
Lipſanium. *v. Græc.* λείψανα. *reliquiæ.*
Lirona. *v. Hiſpan. Glirem ſig.*
Liſonia. *pr. Hiſp. Adulatio.*
Liuenza *fl. liquor.*
Liuiana *vall. Hiſp. Leuis.*
Loçania. pr. Hiſp. Luxuria. Loçania, *Hiſp.*
Louerium. *v. Gallic. Laudatoria.*
Lupulania, *pr. Lat. à Lupulis.*
Lyperia *pr. Græc.* λυπηρὸι, *triſtis, triſtitia.*

M

MAnge-guadagnos. *Ital. ſeruos ioco appellant, Marg. vide.*
Maninconica terra *Ital.* n. *poſito pro* l. *melancholica.*
Antrum Maninconicum.
Manteca. *v. Hiſp. Butyrum.*
Marrauilla. *v. Hiſp. miraculũ ab* Eſmerueiller. *Gall. Hinc Ang.* maruell.
Marmitta. *v. Hiſpan. Lebes.*
Marza-pane *v. Ital.* March-pane.
Menturnea, *olim vrbs Samnitum, nos à Mento vocem petitam volumus.*
Medroſi. *Hiſp. Timidi.*
Meionium *fl. Lat. à* meiendo. *Cyprus hoc olim nomine gaudebat.* Stephan.
Menoſprecia. *v. Hiſp. Contemptus.*
Methius Lacus. *Græ. à* μεθύειν.
Milana. *v. Gall. quaſi miluina, vrbs miluorum & accipitrum.*

Mne-

Mnemon. *fl. Græc. memor.*
Μωρονία, ἀμώρος *stultus:*
Mortadella. *v. Ital.* Sauçages.
Muerius ager. *à* Muer *Gall. mutare.*

N

NOuizza. *v. Ital.* nouitia.
Nuchtermagen: *Germ. stomachus ieiunus.*

O

OChietto mons *Ital. diminutiu. ab* Ochio, *oculus.*
OEnotria. *pr. Gr. ab* οἶνος.
Offulia. *v. Lat. ab Offula.*
Oglium. *fl. Ital. Oleum: nos* g. *resoluimus in* y. Oyle,
Olmii *Colles, Ital. Hisp. vlmei. Frondosâ vitis in vlmo.* Virg.
Omasius gigas. *Lat. ab Omaso intestino.*
Orgilia. *pr. Gall. ab* orgueil. *sig. superbiam.*
Oysiuium. *fl. Gall. otiosum.*

P.

PAdronilla. *v. Ital.* At *nos pro villa patronorum.*
Pampinola *Lat.* Ampelona Græc. *eadem vrbs. ad imitationem nominis Hispanicæ vrbis Pampelonæ.*
Pazziuilla, *Ital. vrbs stultorum.*
Phenacia. *pr. Græc.* φενάκος, *impostores.*

Piacen-

Piacentia. *Ital.* Placentia.
Pipulia *Palus: Lat. Plaut. pro conuitio, Pipulo te differam ante ædes.*
Pythonoſ-come. *Gr. quær. marg.*
Plorauia. *pr. Lat. à plorando.*
Ponfinia. *pr. vide textum. cap.*
Porceſtria. *v. à Lat. porcis.*
Porciglia *vill. à vocab. qd Harã ſig. Hiſp.*
Putanium v. ſcortorum vrbs. *Ital.*
Pyrænia *pr. Græc. à* πυρὶ & ὄνῳ.

R

RIſia maior, minor. *pr. Latin. à Riſu: ab Ital.*
Riſaglium. *v. ab. Ital.* riſaglia. *riſu.*
Rodomantadii *coll. diſcurſus (ſi bene memini) nugatorios*, Rotomantades *appellant. Galli citeriores, forſan à* Romãce *Hiſp.*
Rodillia. *v. à voce Hiſp.* genu. *ſignif.*
Roncara. *v. vid. Marg. à* ῥέγχειν.
Ruzius *fl. à Gall.* ruſe, *fraus, aſtutia.*

S

le SAin. *fl. Gallic.* ſanus.
Sbſanditica gens, *Italis nimiũ nota. ex leges.*
Sans-eau. *fl. Gallic.* Water-leſſe.
Sarcoboſcũ. *v. Gr. à* σαρκὸς βόσκειν & carne veſci.
Scrofiola. *v. Lat. à ſcrofa. ſus animal eſt auaro ſimillimũ. terrã ſẽper intuetur, nihil quicquam prodeſt ante extremũ diem.*

Scar-

Scarpellino. *Ital.* Lapicida, l, *Lat. mutat. in r.*

Scioccia *pr. ab Ital.* Sciocco, *fatuus.*

Schlauchberga. *v. à Germ.* Schlauch, *vtre. dempto* e.

Scogido. Hisp. *nobilis.* Escogido, *electus.*

Schaum *fl. Germ. spuma.*

Sennaladii. *Hisp. Generosi.*

Seplasiũ, *v. Lat. à Seplasia foro Capuæ vnguẽtario, cuius deliciis Pœni fracti sũt.*

Serrara. *v. à Latin. serrando.*

Sialos. *fl. Græc.* Saliua.

Spesius tract. *ab Ital.* spesa. *q. Impẽsas signif. Hinc. Ang.* spend.

Spagyrica *ars. Græc. à trahendo dicta.*

Strophades *inf. Gr. à στρέφω. Eædem etiam* & Plotæ *dictæ.*

Struzzoliæ *pluuiæ, Ital. à* struzzolo *struthiocamelo.*

T

TArochium *v. vide marg.*

Tenaille, *Gall. Forceps.*

Topia-Warallador. *Hisp. & Indic.* Hallador *Hisp. inuentor.*

Topia-Wari, *rex olim Guianæ.*

Torcolia *val. ab Ital. Torcolo Latin. Torculari.*

Traubena, *à Germ.* Trauben, *vua, racemus.*

Traurigi montes, *a Germ.* Trawrig.

Trouerẽse. *coll. à Gall.* Trouuer, *inuenire.*

Try-

Tryphonia pal. *à Tryphone latrone. vid. marg.*

V

VAle-dolium. *Lat. ad imitationem nominis Hisp.* valedolio.
Vautarole. *à* Vautar *Ital. &* vauter, *Gal.*
Vcalegonium. *Græc. vrbs otiosa.*
Vellacos, *Hisp. servos vocant.*
Verguença. *Hisp. opprobrium, pudor.*
Viraginia *Lat.* Verulanium *Lat.*
Vinicella. *Latin.*
Vortunius. *Lat. à vertendo.*
Vscebatius. *tract. à Potu Hybernico.*

Z

ZOrnus *fl. Germ. Iratus, furiosus.*
Zouffenberga, *à Germ.* Zauffen. *quod sig. Gall.* carouser.
Zuckerii *coll. Germ. pro saccharo,* zucker.

FINIS.